Quod fœlix fauſtumque jubeat
DEUS TER OPT. MAX.!
DECERNENTIBUS ITA
INCLUTÆ HUJUS
LUDOVICIANÆ
VENERANDIS JURIS SACERDOTIBUS,
Pro
SUMMIS DOCTORATUS HONORIBUS,
in utroque jure, legitimè conſequendis,
Ad diem 16. Decembr, horâ locoque ſolitis,
HANC
INAUGURALEM DISPUTATIONEM
DE
RATIONE LEGUM.
Occaſ. l. 20. & 21. ff. de LL.
SOLEMNI DOMINORUM PROCERUM ACADEMICORUM
Examini, decenter ſubmittit
GEORGIUS HENRICUS Dorn/
Gieſsâ Haſſus.

GIESSÆ M DC LXXXIV.
Caſſiterô MüLLERIANO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DISPUTATIO JURIDICA DE RATIONE LEGUM *Occaſ. l. 20. & 21. π̃ de LL.* FELICITER!

APH. I.

NON OMNIUM QUÆ A MAJORIBUS CONSTITUTA SUNT, RATIO REDDI POTEST. *Juliani in l. 20. π̃ de LL.* famoſiſſimum effatum eſt: quód uti pridem Heem. *lib. 7. de princip. Jur. c. 17. p. m.* 485. hôc elogio mactavit, ut firmiſſimum ignorantiæ præſidium & P. Lud. Engell *in Colleg. Jur. Canon. ad IV. Decretal. 1. §. 2. n. 7. p. m.* 1045. miſerum refugium diceret, ita mirum non eſt, multos * inde ſolatium quærere, eoque ſæpè, atque ad ſacram quaſi anchoram ** confugere: Philetã imitantes Coum, qui cũ puſillo & macerrimo eſſet corpore, à plũbo petiiſſe fertur pond⁹, ne à ventis proſterneretur: Parili.n. modo quidã Imperiti Leguleji, qui rationẽ alicujus juris, dum ex omni eruditionis ſuæ penu depromere impotes ſunt, hâc ſibi lege contra elevationẽ deriſionisque ventum, conſultum putant, multumque planè ſo-

A liciti

* Plerumque quippe Doctores noſtri non perſcrutantur rationes, ſed imitantur aves, quæ quando una volat, aliæ omnes ſequuntur, ut ex Decio *Conſ. 493. n. 12.* Iuris conſultiſſimus Dn. Dr. Nitſch *Com. Sacr. Palat. Prof. Pandect. publ. ordin. Aſſeſſor. judicii Reviſorii meritiſſimus & h. t. Decanus ſpectabilis, Patronus noſter colendus in præfat: Iuſtin. ex fontibus Iur. Nat. & Gent. deriv. part. ſpec præfat. n. 37.* refert.

** ad occultas qualitates & aſylũ ignorantiæ Beyern *ad Schnob. Ius π̃. p. m.* 55. ad pontem aſinis ſtructam Feldmann *comm. ad. π̃. ad. l. 20. π̃. de LL. n.* 6. talis modi inſcii, & rationum omnium neſcii, ſe recipere dicuntur.

liciti ſunt ut labaſcentis hujus aſyli ſuperædificium calculatis Dd. ſuffragiis ſuffulciant pariter atque ſtatuminent, jamque ad Ciceron. 3. *de natur. Deor.* (qui *à te*, inquit, *Philoſopho rationem accipere debeo, majoribus autem noſtris etiam nulla ratione reddita credere*) Hieronymum *dial. 2. contra Pelag.* (*in lege* dicentem *non ratio quæritur ſed autoritas*:) Senecam idem *Ep.* 14. (*JCtorum reſponſa valent, etiamſi ratio non reddatur*) vid. Cujac. 8. *obſ.* 12. *p. m.* 325. H. Grot. *in ſparſion. flor. h. p. m.* 84. *pr.* jam ad Papalem authoritatem provocent in *c.* 3. *d.* 4. Non de LL. ſed ſecundum Leges judicandum eſſe: vid. Suthold. *diſp. ad Inſt.* 1. *aph.* 9. *p. m.* 3. Weſenb. *παρ. π. de J. & J. n.* 4. *cir. fin.*

APH. II.

Sed haud immeritò omnes illi ſuavi riſu excipiuntur, qui ignorantiæ aſylum heic ſibi erectum credunt Kleinſchmid *præcogn. jur. tract.* 4. *ſect.* 6. *n.* 24. *p. m.* 212. juxta cum iis, qui (loquor cum Henel: ab Hennefeld. *in Ot. Uratisl. c.* 40. *p. m.* 339. *& ſeq.*) de omnium Legum rationibus ſatis habent, ſi binas haſce Juliani & Neratii (*L.* 20. *&* 21. *π. de LL.*) cum titulo de juris & facti ignorantia conjungunt. Vide fusè Henel. *d. l.* Silentiarii ſanè & dolores, non LL. Doctores ſunt, (judiciô Beſold. *in templ. Juſtit.* 6. 83. *p. m.* 85.) qui nil amplius quàm hoc agunt, & de juris alicujus interrogati ratione, ſe recipiunt ad hanc Juliani vocem, ſaltem ut rationis perquirendæ modo ſe eximent atque neceſſitate, Ant. Fab. *in rational, ad τὰ πρῶτα ad l.* 20. *π. de LL. p. m.* 16. *col.* 2. Non enim quid ſit ſit juris intelligere ſufficit, ſed cur ſit diligentius inquirendum. Stier *præfat. ad* Felde *compendioſ. manud. ad Jprud. p. m.* 6. eoque providendum maximè eſt, ne famoſa illa *LXX. π. de LL.* ſub abuſum cadat, & quemadmodum Regula Lesbia flecti, & ad qualemcunque lapidis figuram accommodari poteſt, Ariſt. 5. *Eth.* 14. *p. m.* 31. *B.* (*tom.* 2. *Op. exedit. Julii. Pac.*) Bodinus 6. *de Republ.* 6. *n.* 751. *p. m.* 1175. ita Juliani hoc in *d. l.* 20. reſponſum, cuilibet de ratione legis motæ quæſtioni reponatur: Hoc uti ſæpè à Dd. inculcatum monitumque deprehendi, ita non in vanum me laboraturum opinatus ſum, ſi thematis Inauguralis loco, hanc pro tenui ingenii modulo elaborandam legem ſumerem: quod dum jam ago, ut feliciter agam, Deum ardenter oro.

APH.

APH. III.

In derivatione vocis multum occupari operæ fortè non erit pretium, cum quilibet noverit, vocem RATIO ſua incunabula Latio debere, atq; à verbi *Reor*, ſupino *ratum*, deſcendere. v. Dn. D. Rebhahn *hodeg. jur. chart. 2. clim.* 1. ℈. 14. §. *ult. p. m.* 54. *in not.* Sumitur autem (I.) pro facultate animæ noſtræ, homini accreatâ ſive ingenitâ, eumque à cæteris animantibus brutis diſcernente, *l.* 4. *l.* 8. *C. de edend.* (II.) Idē eſt & ſignificāt, quod modus, forma, via, reſpectus & conſideratio ejus, quod rei convenit *l.* 1. §. 16. *π.* *ſi quadrup. pauper. fec. dic.* §. 2. *Inſt. de L. Falcid.* Idem cura *l.* 2. *π. de poſtul.* Sic *Cicer. Verrin.* 2 *Planco, peto à te ut mei rationem habere velis & ſalutis & dignitatis meæ*, & 2. *off. habenda eſt ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere, flagitioſum eſt.* Metaphoricè conſilium, ſive rem aliquam ſecum reputare: Sic Syrus apud Terent. *Heautom. A.* 4. *ſc.* 1. *ratio mihi de integro ineunda eſt*, & Geta *in phormion. A.* 1. *ſc.* 5. *non ratio verum argumentum mihi deerat.* (III.) Pro ſupputatione, vel calculo, vel expensâ, λογισμῷ. Plaut. *in Trinum A.* 2. *ſc.* 4. *verſ* 11. *ratio maxuma. Trucul. A.* 1. *ſc.* 1. *verſ.* 49. *ratio nimia*, quo ſenſu *RATIONES in FOLLE* dicimus, de quibus Dn. Petr. Müller *integr. diſp. Jenæ* 1682. *habuit.* (IV). Interdū dicitur Ratio regula juris, ſive jus cōmune regulare & generale *l.* 14. *l.* 15. *l.* 16. *π. de LL.* (V). Accipitur pro cauſa tàm impulſiva quàm finali, ſic Cicer. *pro Cecinn. nulla eſt ratio amittere ejusmodi occaſionem*, & item *ad Caton.* 15. *cum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinque dies eſſem moratus &c.* Vide fusè Dn. D. Rebhahn *hodeg. jur. d. l. p. m.* 54. Richter *Lexic. Eth. voc. Ratio p. m.* 393. *& ſeq.* Buchner *theſaur. Fabrian. voce Ratio part.* 2. *p. m.* 421. Volckmar *lexic. Philoſoph. voce Ratio p. m.* 569. Ego in ultimâ ſignificatione heic acceptam vocem volo, pro cauſa ſc. quæ ex ratione naturali, mediante ratiocinatione elicitur, ac rationis ſive animæ rationalis fœtus quaſi aut filia eſt, quô ſenſu accipit Dn. à Felde *in Elem. Jpr. impr. publ. Juſtin. præfat. per tot.* Sic & Gribald. *de ſtud. jur. lib.* 1. *c.* 4. nihil utilius eſſe putat, quam eorum quæ à Majoribus noſtris ſimpliciter definita videntur, cauſas rationesque ſcrutari diligenter add Beſold. *templ. Juſtitiæ th.* 83 *p. m.* 85. Joh. Domin. Marrucci, *var. jur. explan.* 28. *n.* 1. *p. m. edit. no-*

viſſ. 93. *& ſeq.* hâc fermè notione, luſus proſtat Oweni 1. *Epigr.* *p.m.* 4. ad quendam cauſidicum has ablegantis Veneres: (quod in parentheſi heic refero.)

Si fœlix rerum potuit qui noſcere cauſas
Qui noſti cauſas dicere quantus homo es.

Rationem etiam & mentem legis eadem eſſe pronunciat Everh. à Middelb. *Topic. legal. loc. à ration. leg. n.* 19. *p. m.* 494. quia ex ratione legis colligitur mens legis, quæ magis attentenda eſt quam verba Tabor. *in Barboſ. locupl. theſaur. loc. comm. lib.* 10. *cap.* 10. *axiom.* 36. *p. m.* 406. Feldmann & Brunnemann *ad l.* 17. *π. de LL.*

APH. IV.

Non uno autem eodemque ſe habet modo omnis ratio, proinde conducet ſcire, quod (I) alia ſit *civilis*, quam jus civile ſuaſit & introduxit *pr. Inſt. de nupt.* §. 4. *Inſt. de interd.* §. *ult. Inſt. de legit. adgnat. tut.* quæ etiam ad Reipubl. utiliſſimam commoditatem ſæpiſſimè flectitur, ejusque ſubſiſtentiam ac conſervationem unicè intendit. Alia eſt *naturalis*, quæ eſt lex Dei inſcripta cordibus hominum *Rom. II.* 15. *h. e.* vis quædam accreata, diſcernendi res divinas & humanas, quatenus ad vitam moralem pertinent, *h. e.* honeſtum à turpi, juſtum ab injuſto, æquum ab iniquo ſeparandi, Dn. D. Rebhahn *hodeg. jur. d. l. p. m.* 53. *& ap. eund. alleg.* Lactant. 3. *divin. Inſt.* 8. Senec. *Ep.* 120. Galvanus *tract. de Uſur. c.* 5. *n.* 3. Vide omnino Dn. Schilter *prax. art. analyt. in jur. p.* 1 *c.* 6. §. 24. *p. m.* 122. (II.) Ratio alia eſt *neceſſaria*, alia *probabilis*; Neceſſaria quæ vel vera vel efficax eſt: Vera naturalis: Efficax LL. & moribus probata. Probabilis autem quæ veriſimilitudinem ducem habet Richter *Lexic. Eth. d. l. p. m.* 394. ubi nota: Legislatores præſertim in arbitrariis ac merè poſitivis, rationes adferre non apodicticas, ſed probabiles, & ad facilius perſuadendum de Legis ſuæ juſtitia & ſanctitate, aptas. Magnif. Dn. Schilter / *in prax. Jur. Rom. in for. Germ. ſive recentiſſ. ad. π. comment. exerc. X. th.* 35. *p. m.* 243 (III.) Alia ratio eſt *legalis*, quæ ex mente ipſius legis proficiſcitur, de qua ait Gœdd. *de ſequeſtr. poſſeſſ. cap.* 1. *n* 90. *p. m.* 139. quod nulla ratio vehementius

ſtrin-

ſtringat, & probet exactius quam quæ ab ipſo legislatore exprimitur vel proficiſcitur. *arg. l.1. & 3. π. d. ſuppell. leg. l. ſi ſervus plurium. §. fin. π. de legat. 1.* alia *non legalis*, quæ vel ex hiſtoricorum vel Philoſophorum petita lecythis, vel ex antiquitatibus eruta eſt. (IV.) Alia eſt ratio *dubitandi* alia *decidendi* add. Dn. Schilter. *d. prax. art. anal. in jur. p. 1. c. 6. §. 25. p. m. 122. & ſeq.* Rationes verò dubitandi non minus veras eſſe oportet quam rationes decidendi, licet diſtent in eo à rationibus decidendi, quod hæ & veræ, & benè applicatæ, illæ pariter quidem veræ, ſed malè applicatæ ſint. Hillig. *in Donell. 8. comm. 23. lit. H. p. m. 696. paul. poſt. pr.*

APH. V.

Quod ſi nunc qualibus rationibus Jurisprudentiæ noſtræ tradita innitantur quæras? facilis hæc erit reſponſio: nullam nempè jamjam recenſitarum excludi; ſed alia naturali, alia civili, quædam neceſſariâ, quædam probabili, nonnulla denique legali, non nulla non legali, ratione ſubnixâ eſſe: nec minus & dubitandi & decidendi rationem, complectere ſæpe, ſi non unam, tamen diverſas leges: Poſſent hæc omnia prolixo ſatis exemplorum catalogo probari, niſi animus eſſet eorum primum argumenta percurrere, qui jus noſtrum ratione carere putant: prout enim Princeps Philoſophorum Ariſtot. 3. *Metaph.* 1. (etiam lib. 2. inſcript. in meo exempl.) *p. m.* 1250. initium rectè Philoſophandi & indubitatæ ſcientiæ eſſe dubitationem præclarè docuit, quem ſecutus Renatus des Cartes * *in medit. 1. & 2. & in princip. part. 1. pr. 1.*

* Quem tanti quidem faciunt ac ſi cum Socrate ſuam Philoſophiam à cœlo deportaſſet. (vid. Arniſ. *doctr. pol. pr.* Brandes *de ver. & ſim. ICtor. Philoſ. p. m. 2.* Beſold. *templ. Juſtit. c. 38. p. m. 33.*) Siquidem Adrianus Heereboord. *in conſil. præfix ſuis meletem: p. m. 28. col. 2. in fin.* Philoſophiæ orientis Phoſphorum eum dicit, ac ulterius hôc eum encomiô mactat: *Renatus des Cartes in omnibus operibus Philoſophicis editis, Philoſophiæ veræ clavem verum exhibuit, naturæ arcana non pauca recluſit, januam ad rerum immotam veritatem perveniendi apperuit. Atque utinam editis divini ingenii monumentis, aliquando accedant inedita, quæ alibi latent.* Quod utrum bene vel male? Cùm ad hanc Cathedram non ſpectet, Dnn. Philoſophis diſputandum relinquo.

5. *pr.* 1. *& ſeqq.* ita & ego dubia prius afferam & poſteà evincam dari poſſe rationem, ne cuipiam circa hujus tractationis fundamentum aqua hæreat, & inutilis non entis videatur doctrina.

APH. VI.

Ajunt I. Quod toties quoties ab antiquis JCtis pro ratione poſitum ſit libitum Principis, vel quia hôc jure utimur *l* 38. π̃. *de vulgar. & pup. ſubſtit. l.* 6. *&* 7. π̃. *de lib. & poſth.* Nec ipſe Imp. *in* §. 2. *Inſt. de Uſucap.* aliam dixerit rationem quam quia lege Attilia & Julia prohibitum eſſet & in *pr. Inſt. qui & ex quib. cauſ. manum. non. lic.* contra legem Æliam Sentiam dicit; Sed reſpondiſſe ſufficiat, nobis JCtorum factũ haut præjudicare, quin ſufficere, quod ii ſaltem plerisq;, ſuis non pigrati fuerint reſponſis rationes addere, ceu inter alia liquet ex *l.* 1. π̃. *de minor. l.* 1. §. 9. *quod legator. l.* 1. π̃. *de dol. mal. & met. except. l.* 7. §. 1. *de accuſ. l.* 1. §. 1. π̃. *ad Sc. vellejan. l.* 1. §. 1. π̃. *de adil. edict. l.* 1. π̃. *ſolut. matrim. l.* 1. §. *uſus.* π̃. *de procurat. l.* 1. π̃. *de uſurp. l.* 8. *pr.* π̃. *mandat. l.* 20. π̃. *de pœn. l.* 1. *pr.* π̃. *de contr. tut. & util. act. l.* 70. §. 5. π̃. *de fidejuſſor. l.* 37. *eod. l.* 4. π̃. *de V. O. l.* 29. §. 1. *in fin* π̃. *ad L. Aquil. &c.* Vid. plur. Manz. *in quæſt. prælim. præfix. comm. Inſt. rat. reg. maj.* Deinde nec ipſi etiam Impp. in plerisque conſtitutionibus rationes adnectere obliti ſunt. Vid. *Nov.* 22. *c.* 16. *l.* 1. *in fin. C. de liber. præter. & exhær. pr. Inſt. de ſatisd. tut. vel curat. l. aſſiduis. C. qui potior. in pign. Nov.* 4. *c.* 3. *&c.* nec Impp. noſter abſq; ratione in dd. ll. aliquid ſtatuit. Vid. Manz. *comm. rat. reg. ad. dd. ll.*

APH. VII.

Ejusdem farinæ argumentum eſt. II. Ex errore jus naſci *l.* 3. §. *fin.* π̃. *de ſuppell. leg. leg. l.* 3. *pr.* π̃. *de Sc. Macedon.* §. 3 *Inſt. de teſtam. ordin.* Nunc autem id quod errore inducitur nullâ ratione inniti poteſt, cum rationi nihil ſit contrarium magis quàm error *l.* 39. π̃. *d. LL.* Enim verò nec hoc argumentum ullum ſpiritum ducit; quandoquidem omnis lex conſenſu introducitur, *l.* 1. *l.* 32. π̃. *d. LL.* conſenſui autem nihil tàm contrarium eſt quàm error. *l.* 15. π̃. *d. Jdict.* quid? quod jus eſt ars æqui & boni, quæ non ex vago errore & incerto impetu primum cœpit, ſed ex certis præceptis honeſtati & publicæ utilitati convenientibus collecta eſt. Bronchorſt. ἐναντιοφ. *cent.* 1. *aſſ.* 12. *pr. p. m.* 20. videatur Conſultiſſ. Dn. D. Orth. *civitatis Gieſſenæ Syndi-*

cus

cus & Dicaſterii quod heic eſt Advocatus Ord. Celeberr. Patron. noſter colendiſs. (cujus auſpiciis, prima me Themidi militaſſe ſtipendia, publicè profiteor) in doctiſs. diſp. inaugur. de error. conſc. c. 2. §. 3. pag. 7. Mæſtert. *de Juſtit. Rom. LL. lib. 1. dubit. 16. p. m. 53.* Nec obſtat (1.) *L. Barbarius* * *3. ff. de off. prætor.* quoniam in hâc lege non fuit error circa jus ſed circa perſonam: nec jus fuit ex errore à Barbario prolatum, vid. antelaud. Dn. D. Orth. *d. l.* præterea ut verbis utar Excellentiſs. Dn. Bernhard. Ludov. Mollenbecij. *J. V. L. & P. P. Ordin. Patroni & ad XXVI. diſp. publ. jurid. mihi præſidis ad tambam colendiſs. in concl. ad ff. diſp. 1. concl. 20. Quæ præturâ functus geſſerat Barbarius Philippus an ideò valere Ulpiano viſum eſt, quod communi errore pro libero haberetur, adeoque communis error jus faceret? An non vero potius, quod quia ſolemni populi authoritate in prætorem erat electus, non potuerit non ex hujus unicè nutu dependere, an quæ geſta dicerentur, confirmare vellet, utilitate publicâ maximè hic concurrente.* adde Beſold. *delib. ex lib. 1. ff. n. 46. p. m. 171. & ſequ.* Arum. *ad ff. diſp. 1. §. 22. p. m. 14.* (2.) Non obeſt. *l. 3. §. fin. ff. d. ſuppell. leg. V.* Brenckorſt. *cent. 1. aſſert. 12. p. m. 21.* Pac. *cent. 10.* ἐναντιοφ. *45. p. m. 737.* (3.) *l. 3. pr. ff. ad Sc. Macedon.* (4.) *§. 3. Inſt. de teſtam. ordin. V.* Hunn. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 1. quæſt. 9. p. m. 16. col. 2.*

APH. IIX.

In una cum antecedentibus tingendum cortina quod III. objiciunt: Haut dubiè tantum valere voluntatem legiſlatoris inter ſubditos, quantum voluntas teſtatoris inter hæredes: Nunc autem in voluntate teſtatoris ratio haud inquirenda eſt, ſed ita ſcriptum eſſe nobis ſufficit, quoniam teſtamentum non regulatur à ratione ſed à voluntate *arg. l. 1. C. de SS. Eccleſ.* adeoque ut nunc teſtamentum nullæ prorſus aliæ cauſæ præter voluntatem teſtatoris

* ex quâ lege deductam ſententiam barbaram dicit Schnob. *diſp. ad ff. 1. §. 34.* ubi Dn. Beyer. *in not:* *Lex hæc 3. ff. de off. prætor.* ſui perplexitate jam olim Tranſalpinos, cum Ciſmontanis ſive Italis commiſit teſte Wieſenbach. *diſp. ad ff. 5. §. 7.* à multis commentata eſt, nunc verò brevi & levi paraphraſi interpuncta & illuſtrata à Magnif. Dn. Schiltern. *in prax. jur. Rom. in for. Germ. Exerc. theor. pract. 5. §. 9. p. m. 140. & ſequ.*

teſtatoris conſtituunt. *l.* 4. *ff. ad Sc. Trebell.* (quia illa pendent à ſola voluntate teſtatoris. *d. l.* 1. *C. d. SS. Eccleſ.*) ita etiam in LL. & Principum placitis, quia illa pendent à ſola voluntate Principis poſtquam populus lege Regia omne jus ſuum ei & in eum contulit. §. 6. *Inſt. d. J. N. G. & C.* Miror ſanè aliquos tám corneâ planè fuiſſe fibrâ, nec intellexiſſe, rationes & cauſas teſtatoris non ſcrutandas eſſe, eo ſolum ſenſu veritatis gáudere conſonantiâ, quod propter rationes à verbis non ſit recedendum. vid. Manz. * *in d. quæſt. prælim. ubi fusè objectum hunc ſilicem diluit & funera in oculis quaſi monſtrat*: Et plane hôc paſſu in concinna eſt argumentatio à mortuis ad vivos, cum mortuorum voluntates, & moribundorum ultima elogia, maximô ſemper favore gaudeant, & qualibet ratione ſalvandæ ſint, quod ipſorum ora ſint clauſa, nec ſemetipſos aliter declarare, teſtamentariamque diſpoſitionem erroneam emendare valeant.

APH. IX.

Labantem & tantum non ſuccumbentem ſuam ſententiam ſtabiliunt. IV. quod Pandectarum libri conſtent ex meris JCtorum ſcriptis & reſponſis, quæ dicuntur ſententiæ & opiniones. §. 8. *Inſt. d. J. N. G. & C.* quarum illæ, ſicubi adſtipulamur Pac. *in Anal. Inſt. p. m.* 38. ſunt certæ ſive affirmantès ſive negantes ſententiæ, opiniones verò reſponſiones dubitativæ. ** Paucis ut hujus

* Doctiſſimus æque ac laborioſiſſimus rationum indagator, cui tantum ferè debet poſteritas, quantum illi ſolvit, qui Jus noſtrum reduxit ac in lucem vindicavit: Ut enim ille cum blattis propemodum & tineis rixantes leges aprico dedit. Ita pari fermè modo hic leges ſuæ luci reſtituit ac legalibus, hinc inde illuſtravit rationibus, inde *in rubr. comm. ſui Rat. Reg. Maj. ait*:

Nil alii ſine lege volunt & nil ſine textu.
Sed ſine legali nos ratione nihil.

** Non tamen illa pro opinionibus reputanda ſunt, ubi verba *videtur, autumo, opinor, cenſeo &c.* reperiuntur; Videamus ſcitè hanc in rem. Anth. Vacca. *ad l.* 1. §. 1. *ff. d. I. & I.* ita loquentem: *Ego amplius exiſtimo, & ſi dicat ſe ita ſentire aut arbitrari, vel ita videri ſibi, dummodo cætera conveniant, teſtimonium ejus æque valiturum: cum nec aliter antiqui ſententias aut teſtimonium jurati dicere ſoliti eſſent etiam de his quæ cognoſcebant, ne ſi quid eis, quam humanam imbecillitatem putabant, obrepſiſſet, aut falsò apparuiſſet. jurisjurandi religionibus obſtringerentur: ut Cicero, in Academ propè fin. docet.*

jus argumenti impetui reſiſtam, hoc dixiſſe contentus ero: quod Reſponſa atque Opiniones JCtorum, ratione neutiquam deſtitutæ ſint, quandoquidem credibile haut eſt, PRUDENTES quicquam opinari aut ſtatuere, contra evidentem, aut absque ſuadente evidenti ratione. Hunn. *de author. jur. civil. c.* 1. *p. m.* 9. cum absque ratione aliquid ſtatuere non prudentum, ſed ſtultorum ſit homiuum. Item Hunn. *d. l. p. m.* 5. Neque ex eo nos obligant quod Ulpianus aut aliquis ex JCtorum numero alius, ita opinatus fuerit; ſed quod Imperatori, ratione perſpectâ id in corpus juris tranſponere placuerit. vid. *l.* 2. §. 1. *&* 10. *C. d. V. J. E.*

APH. X.

Arenam nobis ob oculos ſpargere conantur. V. verbis Senecæ. *ex Epiſt.* 66. *p. m.* 333. *quicquid vera ratio commendat ſolidum ac æternum eſt*, & quod certa ratione naturali fulcitur id certum ac idem ubique eſt, quod tamen noſtris in Legibus omnino ſecus deprehenditur, quippe quæ ſuum ævum ac fatum habent; ut, quod quandoq; inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſtè fieri poſſe putetur. vid. *auth. ſed novo. C. ad L. Jul. d. adulter.* Boër. *deciſ.* 296. Cujac. 6. *obſ.* 15. *p. m.* 240. Carpz. *Jpr. For. p.* 4. *conſt.* 19. *def.* 10. *n.* 3. nihilque in illis tàm ſanctum ſit, quod non corrumpat diuturnitas temporis, multaque probè à majoribus inſtituta, uno ſenectutis vitio deflectant in turpiſſimos ritus, teſte Euphorm. * *in Satyr. part.* 1. *p. m.* 14. & ea quæ ſibi quæque civitas conſtituit, ſæpe mutari ** ſolent. Neque verò ab his telis loricam ut ſalvam ſervem, tergo adſpicienda ſunt; quandoquidem legem aliquando mutari non eſt abſurdum. *c.* 8. *extr. d. conſang. & affin. Nov* 22. *in fin. præfat. Nov.* 78 eleganter Juſtin. *Nov.* 98. *præfat.* add. Barboſ. *loc. comm. lib.* 10. *c.* 11. *p. m.* 408. *& lib.* 3. *c.* 69. *per. tot.* Res quippe divinæ perfectiſſimæ quidem ſunt, humani verò juris conditio in infinitum decurrit, & nihil in eo

 eſt,

* Johannes Barclajus hoc nominis involucro tegitur, autor recens quidem, ſed cum antiquitate comparandus, judicio Bernegger. *obſerv. hiſtor. polit.* 10. *p. m.* 36. Amœniſſimi ingenii vir, & quem ſuo merito, omnis elegantiæ compendium dicit Chriſtoph. Forſtner. *in not. ad Tac. Annal. p. m. edit. Francofurt.* 232. al. *pag.* 161. *edit. Lugdun.*

** Homonymiam vocis mutabilis tradit Dn. D. Rebhahn. *in Hodeg. jur. chart.* 2 *clim.* 1. *0.* 49. *in not. p. m.* 84. Quando autem jus mutari rectè dicatur, eleganter, & ad viſum, quod dici ſolet, oculi, demonſtrat. Pac, *in ἐναντιωφ. cent.* 1. *quaſt.* 2. *p. m.* 3.

eſt, quod perpetuo ſtare poſſit, eò, quod multas formas edere natura novas deproperet *l. 2. §. ſed quia. 18. C. d. V. J. E. Nov. 74. pr.* diverſiq; eventus, diverſa gignant conſilia, & remedia ſuggerant. *l. 1. pr. π. d. ventr. inſpic.* meritòque ob evidentem novam civium utilitatẽ, & novum jus condatur. *l. 2. π. d. conſt. propr. & §. 1. ibi: utiliſſimũ Inſt. d. Codicill.* vid. JCtiſs. Dn. Joh. Richard. Malcomeſ. *J. V. D. Seren. Princip. Darmſtad. intima admiſſionis conſil. Dn. Patron. ac Promotor. ad Libitinam colendiſs. in doctiſs. not. ad* Ludwell. *in* Weſ. *de J. & J. lit. Y. p. m. 21.* Deinde etiam civitatis ſtatus non eſt ſemper idem. *l. un. C. de caduc. toll.* ſed planè varius, hinc pulcrè ad hoc coma Sex Cæcil. ap. Gell. *XX. N. A. 1. p. m. 610. Non autem profectò ignoras.* inquit. *LL. oportunitates, & medelas, pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præſentium rationibus, proque vitiorum quibus medendum eſt, fervoribus, mutari atque flecti: neque uno ſtatu conſiſtere, quin ut facies cœli & maris, ita rerum atque fortunæ tempeſtatibus varientur &c.* & eam ob cauſam ut eleganter inquit Claudianus;

- - - - - Priſcamque reſumunt
Canitiem leges, emendanturque vetuſta
Succedunt nova.

In rebus humanis, præclarè dicente Claſen. *7. Polit. 1. §. 2. p. m.* 588. æternâ quadam lege conſtitutum eſt, ut ea quoq;, quæ optima ſunt ratione confirmatâ atque ordinatâ, tandem aut mutentur aut evertantur: Sic licet & legibus accidat, ** non tamen earum fundamentum, quod eſt æquitas, mutatur, quippe quæ ex publica æſtimatur utilitate, hôc ergo ipſo dum leges corrigit legislator ob publicam utilitatem, æquitatem ſequitur. Ant. Fab. *in rational. ad. l. 7. π. de J. & J.* nec rationem mutat; omnis quippe lex

** Mutatio omnibus in rebus præterquam malis periculoſiſſima eſt, etiamſi in melius fuerit, ſaltem ad tempus periculo non vacabit. Volateran. *lib. 29 fol. m. (edit. Baſil. de ann.* 1530.) 342. Unde Locrenſium inſtitutum, quo nemo poterat legem aut legis abrogationem proponere, niſi laqueo collum circumducto, quo ſi non perſuaſiſſet ſtatim ſtrangularetur Petr. Gregor. 10. *de Repub. 5 n. 17. p. m* Hillig. *in Donell. 1. comm. 13. lit. L. p. m.* 33. Feldmann. *ad. l. 2. π. d conſt. princip. n. 2. p. m.* 123. Hinc eſt quod Imperator in *l. 2. π. de conſt. princip.* in rebus novis conſtituendis, evidentem utilitàtem eſſe debere dicat, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt, exèmpla proponit. *gloſs. ad d. l. 2. lit P. p m.* 86.

lex fundatur in ratione, juſtè videlicet & honeſtè eſſe vivendum, quod procedit in theſi immutabiliter; Sed in hypotheſi, quo caſu ita vivatur, æſtimamus ex mutatione temporum & morum. Reinking *R.S. & E. lib. 2. claſſ. 2. c. 5. n. 20. & ſeqq. p m. 396.* Multa enim quæ natura honeſta videntur, temporibus fiunt non honeſta, prout hoc ex Cicerone & hæc multis proſequitur. Anteceſſor hujus Academiæ longè celeberrimus Dn. Anton. Henr. Mollenbecius *Facultatis Jurid. Senior ſummè meritus, Dn. Patronus ac Præceptor ætatem jugiter devenerandus cent. 1. diviſ. 6. addit. 4. n. 21. p. m* 19. add. Pommereſch. *annot. ad* §. 11. *Inſt. de J. N. G. & C. p. m. 25.* Claſen. 3. *Polit. 3 §. 7. in not. p. m.* 335. Non itaque ſemper ſententiæ eædem ab iisdem, ſed quascunque Reipubl. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ poſtulat, defendendæ ſunt. *gloſſ. ad l. 3. §. uxore ff. de ann. leg.* Add. Melch. Jun. *QQ. Polit. p 3. qu. 89. p. m. 221. & ſeqq.* Hoenon. *diſp. polit. 6. §. 22. p. m.* 407. *& ſeqq.* Bodinus 5. *de republ.* 1. *n.* 522. *lit. B. p. m.* 875. Schiller. *Philoſoph. morali c. 3. §. 13. p. m. 94.* egregiè ad hoc comma diſſerentes vide Forſtner. *in Tac. Annal. VI. p. m. edit. Francoſ.* 700. *& ſeqq.* Ritterſh. *ad. § pen. Inſt. de J. N. G. & C. p. m. 38. & ſeq. & in fin. ejusdem Comment. p. m.* 769. eundem *in expoſit. Novell. proœm. c. 3. n. 4. & ſeqq. p. m. 24.* Tandem cum Auguſtino ajo: *Leges mutare, tantum abeſt ut malum ſit, ut etiam malum ſit, niſi mutentur.*

APH. XI.

Serram nobiſcum reciprocantes vel VI. Opinionem ſuam ſtabilire quærunt, eo, quod non omnibus populis unæ eædemque leges ſint; ſed apud aliquos latrocinia legibus impunita, apud alios furta licita fuerunt, & teſte Herodoto Halicarn. *in Clio. p. m.* 81. Una Babyloniis lex eſt omnibus modis fœda: nempè omnibus mulieribus indigenis, commune eſt, ſemel in vita, ad Veneris templum deſidentibus, cum externis viris conſuetudinem habere. Sicque liquido patet quod alii, nobis quod turpè videtur, pro honeſto reputent: Enimvero nec hujus ab argumenti turbine navi noſtræ periculum eſt ne frangat ratem, nam ſecundum Naſonis * Veneres 1 *de art amand.*

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hic benè farra virent,
Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ.

* Quem natura omnium ingeniorum compendium fecit, elog. Euphorm. *in Satyr. p 2. p. m. 200,*

Proinde cùm pro diverſitate populorum variæ leges ſint, oppidò proderit noſſe climata, ne quod uni competit regioni, omnibus æque convenire exiſtimet, qui Regno præficitur, Firmian. *Gyges Gall. p. m.* 41. quandoquidem malis ingeniis optimæ ſcientiæ regulæ, ſæpiſſimè peſſimæ videntur: & optimæ virtutes fugienda maximè vitia, ſic hujus habet rei inſigne Tacitus* *2. Annal. 2. n 6.* exemplum, quando de Vonone, Parthorum Rege, ita ſcribit: *Prompti aditus, obvia comitas, ignota Parthis virtutes, nova vitia; & quia ipſorum Majoribus aliena, perinde odium pravis & honeſtis*, add. Boxhorn *Inſt. polit. p. m.* 3. Optimè verò Maximè Rever. Dn. D. Rudrauff *Theologus celeberrimus, Superattendens meritiſſimus, Dn. Patronus & Præceptor meus, omni honoris & obſequii cultu ætatem proſequendus, in Philoſoph. Theol. ancill. Exhibit.* 30. §. 155. *p. m.* 485. diſtinguit: 1. inter ipſam legem habitualiter ſpectatam, & ejusdem uſum vel applicationem; lex una eſt, uſus variat. 2. Diſtingu. inter legis acceptionem primariam, quâ continet communia principia naturâ notâ, & ſecundariam, quâ ſpeciales promit concluſiones: Lex in quantum eſt habitus, quoad principia ſua communia, ratione ſui eſt eadem: in quantum eſt actus mentis, & quoad concluſiones ſpeciales, ratione applicationis & illationis, varia eſt. add. Dn. Schilter. *Phil. moral. c. 3. §. 6. p. m. 81. & ſeqq.* Eund. *d. c. 3. §. 15 p. m. 96.*

APH. XII.

Infinita, ſicubi modo incubare vellem, hujus furfuris argumenta congerere facili quirem negotio; At pro ratione inſtituti communiſſima pelluſtraſſe ſufficiat: quibus remotis, (ne obicem & repagula nobis figant,) pertinacius noſtro inſiſtimus cœpto, Rationemque Legum eſſe nunc probamus. Hæc enim commendat legem *c. conſuetudo 5. diſt.* 1. ac præfertur exemplis maximè ſi ſana ſit *c. ult. diſt.* 9. Si quidem ratione quod conſtat lex eſt,

* Tacitum optimum principum Magiſtrum dicit Saavedra *in Symb. ad lect. præfix. ideæ princip. Chriſtian. polit.* quo acuratius de eorundem naturis de aularum & Palatiorum moribus, de bono idem & malo regimine, nemo diſſerit. Politicæ doctrinæ Vates dicitur Feldmann *ſpicileg. Inſt diſp. 1. poſit. 20. n. 3.* Boxhorn *in Orat. de Majeſt eloq. Rom. p. m.* 348. *Corn. Tacitus* ait, *ut ſolus arcana & artes principum altiſſimè indagavit, ita huic etiam gloriæ adeò induſtriam omnem ingenii impendit, ut non tantum priorum facundiam, ſed poſterorum omnium ſupergreſſus ſit imitationem.*

eſt, dummodo religioni conveniat & ſaluti proficiat *c. conſuetudo* *5. diſt.* 1. quicquid enim ratione caret exſtirpandum eſt, *text. in c. Chorepiſcopi.* 5. §. *nam non amplius diſtinct.* 68. nec LL. nomine inſigniendum *c. erit diſt.* 4. *l. quod in ratione* 39. π. *de LL. l. quod contra* π. *eod. l. nominis* §. 1. π. *de V.S. l. de cernimus. C. de Epiſc. & Cler*, Tabor in Barboſ. *loc. comm. locuplet. lib. XVI. c.* 5. *axiom.* 11. *p.m.* 684. Illud haud minus tàm certum quàm certiſſimum eſt rationem quæ anima legis dicitur *in l.* 7. π. *de bon. damnat. l.* 17. π. *de LL. l. cum Pater* §. *dulciſſimis* π. *de legat.* 2. *l. adigere* §. *quamvis* π. *de jur. Patron. l. milites agrim.* π. *de re milit.* à lege non poſſe abeſſe, & quod corpus ſine anima, id lex eſt ſine ratione; hinc notanter Baldus *ap.* Arum. *diſp. ad* π. 1. *th.* 7. *p.m.* 6. Sicuti homo conſtat ex duplici parte, corpore viſibili, & inviſibili, animæ, ita lex ex duplici ratione conflata eſt, corporea, ut ſunt verba legis, incorporea, & dicitur ratio legis, neque magis lex ſine ratione lex dici poteſt, quam exanimatum corpus homo, *l. cum mulier* π. *ſolut. matrim.* Gœdd. *ad l.* 6. §. 1. π. *de V.S. n.* 12. *p.m.* 170. Nec id injuſtè: LL. n. à rationis compotibus originantur, & rationales obligant, ut jam vel non vel paucis attingam leges ex ratione extendi & coarctari *l.* 17. π. *de LL. cum mulier* π. *de jur. dot. d. l. cum Pater.* §. *dulciſſimis* π. *de legat.* 2 Inde & regula: ubi cauſſa ceſſat, lex debet reſtringi, de quâ vid. Steph. de Phederic. *tract. de interpret. LL. p.* 1. *membr.* 3. *n.* 37. *p.m.* 86. Everh. à Middelb. *in top. legal. loc. à Rat. leg. strict n.* 1. *& ſeq. p.m.* 468. quomodo procedat. *ibid. n.* 8. *& ſeq. p.m.* 474. ubi fallat. *ibid. n.* 11. *p.m.* 475. Doctè ad hoc comma, JCtiſſimus juxtim ac judicioſiſſimus D. Joan. à Felde. *in elem. Jpr. inprim. publ. Juſtin. præfat.* cujus verba, quoniam autor non in omnium æquè manibus eſt, huc transferre, non piget, ſcribit *d. l.* *Communiter Dd. definitionem Celſi quod Jus ſeu Jprudentia ſit ars boni & æqui interpretantur ita: quod ſit quædam* LL. *ſcientia* l. 2. §. juris civilis π. de O. J. l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur 3. π. de V. O. l. 10. §. ult. π. de J. & J. *Scire verò leges non hoc eſſe, verba earum tenere, ſed vim & poteſtatem* l. 17. π. de LL. *Vim autem & poteſtatem conſiſtere in cauſa & ratione cujusque legis, unde JCti rationem animam legis vocare ſolent. Fatentur & Dd. communiter officium JCti eſſe extendere, reſtringere*

& *quandoque corrigere & emendare* Leges. l. 10. & ſeqq. π. de LL. *Atque hæc perfici nequeunt, niſi cognitâ cujusque legis ratione: Nam extenſio ſit LL. quando proceditur ad ſimilia, quo pacto autem cognoſces quæ ſimilia ſint, niſi inſpexeris rationes. Similia enim ſunt, quorum eadem eſt ratio. Id obſervavit GAJUS* l. 32. π. ad. L. Aquil. *& CALLISTRATUS*. l. 64. §. 1. π. de R. N. *hinc CHRYSIPPUS* apud Plutarchum, *interpretationem juris in hôc conſiſtere dicit, ut quæ obtinent in una re, ad cæteras omnes quæ parem rationem habent traducantur. Quid verò aliud corrigit & reſtringit* Leges *quam Ratio? ubi namque ceſſat ratio legis ibi ipſam ceſſare legem neceſſe eſt. Quodſi ergo omne JCtorum officium fundatum eſt in cognitione rationis* LL. *& nullus horum ſecurus exiſtit de interpretatione ritè factâ, niſi ſciat rationem legis, &c.* hactenus Ille. Ita etiam ſtatuta & jura municipalia à ratione vitam accipere dicuntur, ſicut corpus per animam, Roland à Valle *vol. 3. conſil. 62. n.* 24. nec ſecundum corticem verborum, ſed ſecundum rationem accipienda ſunt *Weſenb. p. 2. Conſil.* 53. *n.* 41. Rauchbahr *part.* 1. *quæſt. jur. Civil. & Saxon.* 32. *n.* 5. Sed de horum Ratione diſpicere, vetat id, quod his quaternionibus deſignavi materiei, vide interim Simon *diſp. ſpec. Jur. ſtatutor.* Paul. Math. Wehner. *obſerv. pract. voce* Gewohnheit. *p. m.* 168. *& ſeqq.*

APH. XIII.

Tandem licuit nobis, multis prætervectis ſcopulis, adire penetralia, & quaſi caput hujus qualis qualis diſcurſus, nimirum *L. XX. π. de LL.* quæ genuina ſedes hujus tractationis eſt; Ad hujus verò textus verum perſpicuumque ſenſum, adeò ſolertiſſimi juris interpretes inſudarunt, ut merito tot ſententias multipliciter vexatæ hujus legis. vid. Val. Riemer. *decad.* 1. *QQ. Illuſtr. 6. circ. med.* conſpiciens & expendens, non illepidè quidam exclamaverit: Hinc leges pendent atque Prophetæ! Ego miſſis multorum explicationibus (non enim vacat omnium JCtorum circa hanc L. XX. diverſas opiniones alentium, expilare ſcrinia) aliquas tantùm hîc ponam; de cætero B. L. ad ipſos earum fontes, & authores remiſiſſe contentus: I. Steph. de Phedericis. *tract. de interpret. LL. p.* 1. *membr.* 3. *n.* 40. *ad* 43. *incluſ. p. m.* 87. & 88. Diſtinguit: inter rationem legis, vel ex

eadem lege vel ex aliis claram, & rationem legis ex noſtro capite inventam, de poſteriori caſu intell: *l.* 20. *π. de LL.* conf. ſtrenuum Phedericis aſſeclam Val Guilh. Förſter. *de jur. interpret. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 17. quibus ferè gloſſa adſtipulatur *ad. d. l.* 20. *π. de LL. lit. H. p. m.* 78. quæ eorum quæ viva ratione ſtatuuntur, rationem dari poſſe autumat. II. Dn. Joan. à Felde. *in Elem. Jpr. publ. Juſtin.* omne ENS in neceſſarium & contingens diſpeſcit, hoc (contingens ſcil.) in contingens ut plurimum, & contingens in utramque partem, de contingenti æqualiter, ſive in utramq; partem intellectam vult. *h. l.* 20. *π. de LL.* vid. eund. *d. l. p.* 1. *Elem. cap.* 5. §. 2–6. *& ſeqq. p. m.* 14. *&* 15. III. Aliter ſentit Val. Riemer. *decad.* 1. *Illuſtr. QQ.* 6. qui diſtinguit inter jus civile Reipubl. in genere, & Jus Civile individuale, ſive Romanum, ſive Athenienſe, de hoc rationem non reddi, de illo vero dari poſſe ſtatuit. IV. Ehem. *lib.* 7. *de princip. jur. c.* 17. *p. m.* 485. *l.* 20. *π. de LL.* de Principiis primis accipit, quæ indemonſtrabilia, ne progreſſus detur in infinitum. V. Dn. Tabor. *in partit. Elem. coroll.* 1. *p. m.* 283. licet inquit ratio non ſemper dari poſſit neceſſaria, debet tamen ſubeſſe probabilis ut ipſe Cujac. * 17. *obſ.* 15. *p. m.* 807. docet, conf. Dn. Schröter. *in not. ad Fibig. coll. leg. Exerc.* 1. *quæſt.* 7. *p. m.* 17. *&* 18. adde quæ Nos *ſupr. ad aph.* 7. ex Dn. Schiltern diximus. VI. Eſt Dn. Brandes. *in tract. de ver. & non ſimul. JCtor. Philoſ. c.* 7. *p. m.* 157. dicentis: Rationem non ſumi pro utili & noxio legis, (turpe quippe eſſet verò JCto hanc ignorare,) ſed pro legum ferendarum in occaſione. VII. Dn. Beyer. *in not. ad Schnob. Jus. π. diſp.* 1. *θ.* 19. *p. m.* 52. & Arum. *diſp. ad π.* 1. *θ.* 7. Certum dupliciter conſiderant, & in ſe, & ſecundum nos, de poſteriori locum habere. *d. l.* 20. *π. de LL.* volunt, quidus add. Daniel. Otto. *Dial. jur. lib.* 1. *c.* 3. *reg.* 1. *p. m.* 38. Oſvvald. Hillig. *in Donell.* 1. *comment.* 13. *lit. l. p m.* 37. VIII. Kleinſchmitt. *præcogn. jur. tract.*

* Qui ſolus pro centum millibus eſt Petro Fabr. 1. *ſemeſtral.* 7 *p. m.* 41. qui n'eut, n'a, & n'aura, par avanture jamais, ſon pareil. Paſquier *recherches de la France livr.* 9. *chapitr.* 38. hunc conſulem in juris civitate absque collega dicit Theodor. Marcilius. *Profeſſor. quondam eloquentiæ Regius Pariſienſ. interpret. LL. XII. Tab. in fin. p. m.* 360.

tract. 4. *ſect.* 6. *Reg.* 13. *n.* 24. *p. m.* 212. Donell. 1. *comm.* 13. generalem dari poſſe, non ſpecialem, adſerunt. IX. Brunnem. *ad d. l.* 20. *π.* *de LL. n.* 1. *&* 2. & gloſs. *in l.* 1. §. 3. *π.* *de poſtulat. Vit. G. p. m.* 329. de LL. poſitivis, ſive de Juſtitia poſitiva intelligunt. X. Ant. Faber. *in Rational. ad. d. l.* 20. *π.* *de* LL. *p. m.* 16. Hunn. *ad Treutl. vol.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.* 9. *p. m.* 16. multis cum aliis Dd. inter Jus conſtitutum diſtinguunt, & receptum, * de illo intelligunt. *d. l.* 20. vid. Jac. Gothofr. *ad Rubr. & l.* 1. *π.* *de R. I. p. m.* 5. *paul. poſt. pr.* non de hôc: XI. Domin. Soto. *lib.* 1. *de Iuſt. & Iur. quæſt.* 5. *art.* 2. *in fin. Iuris peritus* inquit *in* l. 20. *π.* de LL. *non negat, eorum, quæ à jure naturali per modum concluſionum eliciuntur, poſſe rationem reddi: Eorum autem, quæ ſecundo modo* (ſc. ut ſpecificata determinatio communis generis) *derivantur, quia Seniorum conſultatione, per experientiam & prudentiam ſtatuta ſunt, veluti univerſalium ſpecificæ determinationes, non eſt ſemper exigenda ratio, ſed eorum experientiæ & prudentiæ eſt habenda fides, ut* 6. *Eth. autor. eſt Ariſtot.* XII. Martucc. *var. iur. expl. lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 3. *p. m.* 88. *L.* 20. *π.* *de* LL. locum habere ait, in Principum conſtitutionibus particularibus, & jure exorbitante, quod propriè privilegium dicitur, fundatur ejus opinio cumprimis in eo, quod privilegia dicantur fieri contra rationem, *l. in iis, l. jus ſingulare. π.* *de* LL. XIII. Mæſtert. *d. Iuſtit. Rom.* LL. *lib.* 1. *dub.* 15. *p. m.* 51. intelligit (1.) de iis quæ meræ ſunt voluntatis (2.) Julianum de ſuis Majoribus locutum eſſe, qui tamen præciſè illi non ſunt, ex quorum fragmentis corpus juris compoſitum eſt. XIV. Udalricus Zaſius. ** *ad. d. l.* 20. *π.* *de* LL.

* De jure Conſtituto & recepto eleganter prout aſſolet Dn. Schilter. *Phil. moral. c.* 3. §. 8. *in fin. p. m.* 87. ita: *Certè,* inquit, *in qualibet republ. Ius Civile duplicem cernitur habere naturam, unam communem cum aliis juris ſpeciebus, quod Jus receptum, ni fallor, vocat.* Donell. 1. comm. 13. *alteram propriam quod conſtitutum eidem dicitur. Quæ diverſitas juris Civilis, fundamentum habet in duplici ipſius civitatis natura, quæ partim communia habet aliis civitatibus, partim propria ſuo ſibi ſtatui.*

** Primarium togæ & ſeculi decus elog. Vinn. *in præfat. dedic. comm. Inſt. ad Hollandiæ & Weſtphaliæ Ord.*

LL. & Alciat. * *in l.* 1. *π*. *de V. S.* contingere poſſe interdum, dicunt, quod nulla cujuspiam legis appareat ratio, interdum, quod plures unius legis probabiles rationes proponantur. XV. Hortlederus. *in ſpec. diſp. ad h. l.* 20. *π*. *de* LL. *olim. adornatâ; præſid. Arum. hab. alleg.* ap. Beyer. *in Schnobel.* 5. *alleg. loc.* ita illuſtrat: Multa ſcil. contra communem legis rationem ob aliquam ſingularem æquitatem, humanitatem, commiſerationem, ſummâ optimâque ratione eſſe recepta, quæ ſi ad legis illius communis rationem & normam velimus exputare, ſubvertenda planè forent. XVI. Feldmann. *comm. ad π*. *ad. l.* 1. *pr. π*. *de I. & l. n.* 5. *& ſeqn.* diſtinguit inter rationem bonitatis & æquitatis de poſteriori *d. l.* intelligit add. Tabor. *part. elem. p.* 1. *th.* 8. *p. m.* 10. XVII. Aliter ſentit Zoëſ. *in comm. ad π*. *d.* LL. *n.* 67. *p. p. m. edit. noviſs.* 31. XVIII. Aliter Brandmyler. *manud. Iur. Civil. ad Ius Canon. diffr. Ratio ſubeſt legibus p. m.* 384. *ubi* 5. *expl. offert.* XIX. Aliter Bachov. *ad τὰ πρῶτα de* LL. *& Sc. n.* 6. *& ſeqq. p. m.* 38. *&* 139.

APH. XIV.

Ego verò nulli ex his interpretationi, per omnia meum addo calculum, & quamvis una alterave haut adeò diſpliceat, non tamen negotium mihi exhaurire videtur: Illas verò ſupra poſitas revidere, & rationes diſplicentiæ ponere, nimis foret prolixum, quare id impræſentiarum ſilentii peripetaſmate obvelatum, ſicco, quod ajunt pede, præterire cogor. Cùm pace itaque Dominorum authorum, præcedentes illuſtrationes mitto & *d. l. XX. π*. *de* LL exercitii gratia, donicum de meliori fuero informatus, ita commodiſſimè explicari poſſe reor: (1.) Præſcindendo Rationem naturalem à civili. vid. Dn. Schilter. *Philoſoph. moral. cap.* 3 §. 12. *p. m.* 91. *& ſeqq.* Suthold. *diſp. Inſt.* 1. *aph.* 62. (2.) probabilem à neceſſaria ceu *ſupr. ad aph.* 4. *& aph.* 13. *ſub. n.* 5. notavi. Sicque diſtinguo: inter legem ſimpliciter de aliquo negotio & juris controverſia latam, & inter determinativam, quæ vel certum tempus negotio determinat, huicve aut illi ſpeciali-

C ter

* Magnum renaſcentis Jurisprudentiæ incrementum elog. Petr. Cunæi *orat. ad Tit. de paſt. in volum. orat. ſuar. p. m.* 146. primus juris inſtaurator elog. Jacob. Gothofr. *ad. l.* 77. *de R. I. p. m.* 342.

ter aliquid ob favorem vel odium à communi juris ratione exorbitans indulget: Harum poſteriorum legum ratio ſpecialis reddi haut poteſt: multa enim optimè hanc in rem dicente Ariſtotele. 5. *Eth.* 6. (ita ab allegando Kleinſchmitt citatur, ego verò id citato loco extare non reperio) lege civili tantum propter certitudinem aliquam determinantur, & de harum ratione legislator quæſitus, aliam reddere nequit, quam hoc juſtum arbitramur. Ab aliis ſufficit reſponderi: Illud legis conditori ex uſu & neceſſitate Reipubl. viſum fuit conducibile Dn. Kleinſchmitt. *præcogn. jur. tract.* 4. *ſect.* 6. *Rex.* 13. *n.* 24. *p.m.* 212. certiſſima proinde eorum ratio quæ afferri poteſt, illa eſt: quod ita fuerint conſtituta, cum nihil eſſet quod melius conſtitui poſſe videretur Ant. Faber. *in Rational. ad. l.* 20. & 21. *π*. *de* LL. *p. m.* 16. *col.* 1. Lex enim in indifferentibus nihil præcipit niſi quod ratio pro tempore & loco oſtendit eſſe bonum, nihilque prohibet, niſi quatenus ad malum accedit ex Dom. Soto. Dn. Stryck. *vol.* 1. *diſp.* 24. *De fortalitiis. c.* 9. *n.* 8. *p. m.* 61. Exempla cumulari quam plurima poſſent tàm priſca quàm recentiora: ſic olim apud Lacedæmones vetabantur Ephori * ſtatim ut Magiſtratum inierunt, barbæ alas paſcere; & Solonis ſanctio, eum, qui ſeditionem & motus civicos quietus ſpecta viſſet, ignominiâ notabat, ** Henel. *Ot. Vrtatisl. c.* 40. *p. m* 335. Recentiora ſi mavis, in exemplo tibi erit: Quare quadriennium ad Uſucapionem rerum vacantiũ requiſitum? Quare mobilia triennio præſcribantur? Quare legitima ſit conſtituta quarta? Quare exceptio nõ numeratæ pecuniæ ſit biennalis? &c. Brandmyler. *manud. ad Jus Canon. differentia Ratio abeſt. à* LL. *Canonicis. p. m.* 384. de quibus tamen affatim benè ſentit Brunnem. *ad. d. l.* 20. *π*. *de* LL. *n.* 3. talem legem vel conſuetudinem, eò ipſo rationabilem eſſe, quod non repugnet juri naturali, licet, ejus ratio demonſtari non poſſit.

APH.

* Hi erant apud Lacedæmones quinque judices, quorum autoritati, Reges quoque parere cogebantur, Eraſm. *in apopht. in Ageſil. n.* 12. *p. m.* 25. de iis vid. Ariſt. 3. *pol.* 4. 7. 10. & *IV. pol.* 2.

** Hujus tamen legis cauſam percontatur, illuſtris Noctium Atticarum ſcriptor Gell. *lib.* 3. *cap.* 12. *p. m.* 68.

APH. XV.

Alia ex præcedentibus quaſi pullulat quæſtio, alia ſuperanda ſe nobis offert difficultas, quam quidam *ex l. 21. π. de* LL. ſibi ſuboriri paſſi ſunt: An videlicet Ratio LL. inquirenda: *d. l. 21.* ait: ***Et ideò rationes eorum quæ conſtituuntur inquiri non oportet, alioquin multa ex his quæ certa ſunt, ſubvertuntur.*** Hæc lex uti immediatè ſubjungitur *d. l. 20. π. de* LL. ita etiam tot penè patitur interpretationes quot affingi diximus *d. l. 20.* Nos tempori inſervientes, potiores quaſdam hîc adducemus *d. l.* illuſtrationes ac explicationes. Illi qui *l. 20. π. de* LL. explicant per diſt. inter jus conſtitutum & receptum cum Barth. 3. *adverſ.* 1. ap. Henel *in otio Uratisb. c.* 40. *p. m.* 339. brevi, ut dicunt, & minimè licentioſâ correctione, diſtrahendo nimirum voces malè cohærentes, quarum literas à compendioſa veterum ſcribendi ratione ſequior æras coaleſcere, & tàm inficetam lectionem procreare juſſit, ſic legendũ cenſent: *Et ideò rationes eorum quæ conſtituto utuntur inquiri non oportet*, vel cum ipſo Henel. *d. l. quæ conſtituto rituntur.* Aliter ſentit Donell * 1. *comm.* 13. ibique Oſwald Hillig. *ad lit. l, p. m.* 34. *in fin. & p.* 37. hujus legis ſenſum non eſſe, ut inveſtigatio rationis ad legem intelligendam fieri non debeat, ſed ne quis putet, non prius parendum eſſe legi, quam rationem ejus perveſtigavit. Mihi hanc circa quæſtionem arridet Anth. Maſſæ *in tr. de exerc. Juriſp. lib. 2. n. 72. & ſeqq.* ſententia, diſtinguentis: Aut inquiſitio tendit ad effectum ut redarguatur legislator, reprehendaturq; lex, tanquam injuſtè & ſine ratione poſita, & talis minimè eſt licita, quia ſecundum *c.* 3. *diſt.* 4. in temporalibus legibus, quamquam de iis judicent homines cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit judici de illis judicare. ** Aut ratio cauſave legis inquiritur ad effectum indagandi mentem & ſententiam legis, ut ſecundum illam diſpoſitio legis interpretata, extendatur & reſtringatur. Hoc modo ite-

 rum

* Oratorum maximus & Ictorum maximus orator, elog. Arum. *diſp. ad. π.* 9. *th.* 2.

** Hinc ſcitè Menander, leges quidem eſſe rem oppidò bonam, *ait*, ſed qui eas argutari, aut nimis acutis oculis intueri velit, hunc fieri calumniatorem & ſycophantam. Rittersh. *expoſ. Nov. p. 3. c. 9. n.* 14. *p. m.* 178. Petr. Cunæus *Orat. de Iprud. in ejus Orat. volum. p. m.* 133.

rum vel legislator legis cujusdam rationẽ ſcrutare prohibuit, aut non; hôc caſu valet brocardicon vulgare: quod non reperitur prohibitum, cenſetur eſſe permiſſum. v. Tab. in Barboſ. *loc.comm. lib.* 14. *c.* 25. *axiom.* 2. *p. m.* 581. Illo verô caſu, attendenda formalia prohibitionis, ſi eorum ſenſus v. g. nihil debere addi vel minui ut *Deut.* 12. nulla nobis in ejusdem legis rationem inquirendi, erit injecta remora: quid? quod & ad ſimiles caſus talismodi conſtitutio adplicari, deque ea interpretatio fieri poterit, quippe cum per hoc neque additur, neque demitur legi aliquid. Si verò ceu in *c.exiit.* 3. *circ. fin. de V.S. in* 6. expreſſis additum fuerit ve. bis, ut conſtitutio ſecundum literam acceptetur, neque ulla interpretatione vel rationis indagatione illuſtetur, neque mentem conſtituentis ulla aliqua interpretatione unquam attingi poſſe, omnis omnino rationis perſcrutatio eô nobis caſu adempta videbitur, Kleinſchmid *præcogn. Iur. tract.* 4. *ſect.* 6. *n.* 25. *p. m.* 213. Et eo modo emergentibus haut abſimilibus caſibus, qui interpretari ac decidi debent, authentica erit impetranda interpretatio, ſicque ad conſtituentem recurrendum, pariter ac ſi quid durius hôc modô conſtitutum, tunc enim judex non lege debet eſſe benignior ac clemen ior. *Nov.* 82. *c.* 10. *ibique* Godofr. *ad lit.* *D.* ſed ad Principem recurrere vid fusè Vinn 1. *ſelect. jur. QQ. cap.* 2. *p. m.* 6. 7. *& ſeqq.*

APH. XVI.

Tandem ad exempla etiam devenio, horum autem ut varia hujus LXX. ff. *de* LL. congerunt, ſic Bachovius *ad τὰ πρῶτα p. m.* 139. *n.* 7. *in med.* & Vinn. 1 *quæſt.* 2. *p. m.* 7. duram L. 12. ff. *qui & ex quibus cauſ. manum. non poſſ.* in exemplum adducunt; Ego circa hanc legem moram huic ſcriptioni non necto, cum jam à multis tam explicata, quam internotata, vid. Struv. *S. I. C. Exerc.* 2. *th.* 47. Perez *in prælect. Cod. in lib.* 1. *tit.* 14. *n.* 19 *p. m.* 33. *ubi Zaſii explicationem offert.* Ungep. *exerc.* 1. *quæſt.* 1. *p. m.* 17. Jo. Dominic. Martuc. *variar. jur. explan. lib.* 2. *c.* 42. *p m.* 158. *& ſeq.* hoc addere contentus, *quod* Zaſius *ad* L. 20. ff. *de* LL. Adulterii, *ratur*, crimen, quia clandeſtinum per eos ſæpè juvari, qui minimè videntur ſuſpecti: potuit quippe ſervus, utut ruri degens, ex Domina ipſa, vel conſervis, aliquid intellexiſſe, aut de antiquis Dominæ moribus atteſtari. Idem ferè ſentit Raphaël Fulgoſius:

goſius *ad d. l.* 20. nec multum hinc abludit opinio Dn. Beyers *ad Schnob. Ius. π. p. m.* 53. potuiſſe ſc. mœcham ſervum totius adulterii gnarum, ad rus ablegaſſe, ut ignorantiæ prætextum ipſi præberet, ac poſtea ipſum tanquam ullius criminis neſcium, præ reliquis libertate donare. Ipſi verò *d. l.* 12. definitioni, convenit exempl. ap. Tac, 14. *Annal.* 43. *& ſeq.* adde Wieſenbach *diſp. ad π.* 2. θ. 15,

APH. XVII.

Alii cum Cujacio 8, *obſ.* 12. *p. m.* 325. exemplum in *l.* 9. *π. de relig. & ſumpt. fun.* ponunt; Verum mihi CAJUS JCtus, cum Dn. Adr. Beyer *in not. ad Schnob. in π. diſp.* 1. θ. 19. *p. m.* 54. videtur diſputare contra eos, qui negant actionem hanc hæredibus actoris competere, idque certo conſtare credunt. Cum certum tamen ſit, (1.) perpetuo eam competere. (2.) rei perſecutionem continere, jam verò ex. §. 1. *Inſt. de perpet. & temp. act.* affatim liquet, actiones etiam ex delictis deſcendentes, heredibus dari, ſi rei perſecutionem contineant; cui Regulæ JCtus inhæret, nec alia dignatur diſſentientes refutatione, quam ut miretur, contrarium ipſis tantopere adverſus ipſa juris principia arridere.

APH. XVIII.

Tandem alii cum Schnobel. *diſp. ad π.* 1. θ. 19. L. 63. *π. de ædil. edict.* illis conjungunt LL. in quibus ratio valde obſcura eſt. At diverſiſſima cum locationis & emptionis natura ſit, nullum eſt mirum, ſi ædilitium edictum ad locationem adplicari vetatur: In emptione enim & venditione par & traditionis, & redhibitionis ratio eſt, tantundem enim à venditore habet emptor, quantum ab emtore venditor, cum pretium per æqualitatem quantitatis rem exæquet *l.* 1. *π. de contrah. empt.* Itaque ut contractus parem utriusque ſtatum efficit, utrumque in integrum reſtituit, quaſi neque emptio neque venditio interveniſſet, *h. e.* quaſi neque res à venditore, neque pretium ab emtore traditum fuiſſet. *l.* 23. §. 7. *l.* 60. *π. de ædil. dict.* At in locationis contractu, diſſimilis in utramque partem ratio eſt: Nam neque merces rem exæquat, neque ſi redhibitio fieret, par ex utraque parte ratio eſſet, redderet enim inquilinus domum, *h. e.* jus utendi per quinquennium.

Locator verò, vel nihil,ſi mercedem nondum accepiſſet, vel ſi unius anni prærogativam jamjam accepiſſet, tamen quod redderet,cum quinquennio comparandum non eſſet, vid. Arum.*diſp. ad π. XIV.§.13.p.m.*239. Paul. Buſ.*ind.l.*63. Brunnem. *ad eand. n.* 1. & 2. Bachov. *ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 2. *θ.* 1. *lit. G.* Perez. *in Cod. h.n.*7. Aliam reddit rationem Dn. Beyer *ad Schnob. in π. diſp.*12 *θ.29.p.m.*418. quem vide.

APH. XIX.

Tractanda hîc eſſent quædam axiomata & regulæ circa hanc materiam vulgatæ,ut: Ceſſante RATIONE LEGIS, ceſſat diſpoſitio. *cap.* 6. *extr. de appll. l.* 32. *π. de pact. l.* 6. §. 2. *de jur. Patron.* Martini *in annot. ad* § 6. *Inſt. de eo cui libert. cauſa bon. addic. p. m.* 912. quam explicat Tabor. *in Barboſ. loc. comm. axiom. lib.* 10. *c.* 10. *axiom.* 30. *p.m.* 404. Suthold. *diſs. ad Inſt.* 1. *aph.* 16. 17. & *ſeqq. p. m.* 6. ibique Dn. Schröter. *in not. & animadv. p. m.* 11. junct. in exempl. Klock. *vol.* 3. *conſ.* 109. *n.* 21. breviter verò ac eleganter illuſtrat Celeberrimus Strauch. *b.m.in Jur. Juſtin. priv. diſp.* 1. *aph.* 15. Steph. de Phedericis *tract. de interpret. LL. p.* 1. *membr.* 3. *n.* 37. *p. m.* 86. Nicol. Vigel. *Dial. jur. p. m.* 313. & 323. Daniel Otto. *Dial. jur. lib.* 1. *c.* 3. *reg.* 5. *p. m.* 36. Idem Regula: Ubi eadem RATIO, ibi idem jus. *l.* 32. *ad. L. Aquil. l.* 27. §. 2. *π. ad L. Jul. de adult. l.* 9. §. 2. *de edend. l.* 5. §. *fin. π. naut. caupon. & ſtabular. l.* 64. *π. de furt. l.* 19. *C. de SS. Eccleſiaſt.* Everh. à Middelburg. *top. legal. loc. à ſim. n.* 2. *p. m.* 121. & *ſeqn.* quam exponit Aug. Barboſa. *locupl. locor. comm. lib.* 16. *c.* 5. *axiom.* 13. *per. tot. p. m.* 685. *qui quamplurima huc facientia collegit axiom. per. tot. c.* 5.

APH. XX.

Sed ſpatium quoniam ſolitum, dicta ſibi vindicarunt, hinc ſpeciatim de ipſa cujusque legis, imprimis intricati juris ratione, aliquid congerere, vetant hujus diſp. limites, quare; etiam pennæ nigredinem ulterius non diſſemino, ſed vela dudum panſa, nunc contraho, & utut haud pauca congeſſerim hujus commatis, tamen, tàm typographi feſtinatio, quam temporis (circa hujus anni decurrentis lapſum) caritas, ſecundas illis congeſtis impertire curas, prohibent. Te interim B.L. rogatum volo, ut in his, oculatum te mihi præſtes, non

oculeum,

oculeum, facile quidem multa deſiderabit ſublimior forte genius, quæ mens adhuc mihi depreſſa, non attigit: multa, fateor, erunt, quæ juſtiore judicio, & nulla temeritate poſſunt culpari: quum nemo ſit mortalium, quem non aliqua pars ignoratiæ attingat, utpote, qui hanc contagionem ex ipſa mortalitate contraximus, nam homo cum errat humanitus errat: errorem autem in homine culpare, eſt toti mortalitati convitium facere, Yvo Villiomarus *in fin. animadv. in loc. controverſ. Titii,* Nullus tamen quum reprehenſor formidandus amatoribus veritatis, ego etiam de errore admonitus, lubens, quod Imp. *in Nov. 22. in fin. præfat.* dicere non puduit, arripiam, meque cum Grot. *de J. B. & P. proleg.* §. 61. promptius non monebunt errantem, quam ego monentes ſequar. Limatiora interea & plura, ſicubi hæc ſtomachum tibi non moverint, exſpecta alibi, relinquendum enim eſt aliquid ingenio, quod dies atque ætas mitificet Gell. 13. *N. A.* 2. *p. m.* 385.

Tu tandem qui merito fons & ſcaturigo omnis juſtitiæ, imò ipſa juſtitia es, & diceris, Tibi pro omnifariis ad hanc usque diem præſtitis ineffabilibus beneficiis, ex imis præcordiis depromptas perſolvo grates, & quemadmodum Tibi omnipotentiſſimo cunctarum bonarum artium inſtitutori & diribitori DEO, ab initio omne meum ſtudium SOLI dedicavi, ita etiam in futurum dico & conſecro, quidquid à me proficiſcetur boni operis, Tua quippe unica GLORIA, ultimatus eſt eritque ſemper, meorum ſtudiorum

FINIS.

CO-

COROLLARIA JURIDICA.

1.

An die feriata ſtudioſo juris, liceat literis incumbere? controverſiæ eſt; in affirmantium tranſit caſtra Joh. Baptiſta Caccialup. *tract. de offic. advocator. quæſt. 5. p.m. 18. & gloſſ. ad l. 9. π. de edend. lit. E. & margin. ibid. p.m. 239.* quorum ille, vulgatos pro ſe allegat verſus:

Qui vult Sanctorum celebrare ſingula feſta,
Non poterit clarè cum Codice ſcire Digeſta.

His ſuô conſenſus calculo accedit Limnæus *de iur publ. lib. 8. c. 6. n. 50. & ſeqq.* Schröter *faſcic. caſ. conſcient. in foro iurid. deciſor. caſ. 43. p.m. 92.* ex judicio conſcientiæ concedit, ſi fiat absque vitio omiſſionis, audiendi verbum DEI; his Ego penſitatâ limitatione, ſubſcribo.

2.

Rectè prohibentur Sacerdotes, Jure Canonico criminis ſibi factam confeſſionem, revelare, adeò, ut ſi indicaverint, tale nihilo tamen minus haud validum cenſeri debeat teſtimonium, *c. 2. de pœnitent. diſtinct. 6 c. 2. extr. de offic. judic. ordin. c. 12. verſ. caveat extr. de pœnit. & remiſſ. c. 13. extr. de exceſſ. prælat.* D. Luther in ſeinen Tiſchreden / (*edit.* Franckfurt *de Anno* 1574. *cap. 18. f.m. 161. B.* Von der Beicht und Abſolution: Q. Ob ein Diener deß Worts ꝛc. Cujus verba: Es iſt mir nichts gebeicht / ſondern dem HErrn Chriſto / und weil es Chriſtus heimlich hält / ſo ſoll ichs auch heimlich halten und ſtracks ſagen: Ich habe nichts gehört / hat Chriſtus was gehört / ſo ſage Er es. add. Carpz. *Jpr. Rom. For. p. 1. conſt. 16. def. 70.* & eund. *Jpr. Conſiſt. lib. 3. def. 25.* Maſcard *de probat. vol. 1. concluſ. 377. per tot. p.m. 377. & ſeqq.* Finckelthauß *Obſerv. 94. per tot.* Gaill. 1. *obſerv. 100. n. 8. & per tot.* Græv. 1. *concluſ. 100. conſiderat. 2.* Ziegler *ad Inſt. Iur. Canon. lib. 2. tit. 5. §. 9. pr.* Struv. *S. I. C. Exerc. 8. 40.*

3.

Parochus privatis fortean lymphatus affectibus, in repre-

pen-

henſione criminum modum excedens, rectè actione injuriarum pulſatur, *vid. l. 32. ff. de injur.* R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1530. §. und haben wir *junct.* R. A. zu Speyer *de Anno* 1542. §. damit aber. ſupra laud. JCtiſſimus Dn. D. Mollenb. *cent. 3. diviſ. 60 add. 13. n. 67. p. m. 591. & ſeq.* Hahn *ad Weſenb. de injur. & famoſ. libell. n. 4. p. m.* 402. Carpz. *Jpr. conſiſt. lib. 3. tit. 9. def. 98. n. 1.* Berlich *p. 5. concluſ. 59. n. 1. & concl. 60.* Reinking *R. S. & E. lib. 3. claſſ. 2. c. 2. n. 8.* Burgoldenſ. *ad Inſtrum. pac. p. m.* 1014.

4.

Non ſine vulgari Juris noſtri ſacratiſſimi injuriâ, LL. multidinem, multi tricantur, quibus, cum aliis, ita obviam ivit, Dn. Beyer *in not. ad Schnobel. Ius pandect. diſp. 1. th. 21. p. m. 60.* Omnes quidem textus juris Romani vulgo LL. nomine inſigniri; At *non omnes coquos eſſe, quos cultros geſtare deprehendimus.*

5.

Tritum æquè ac vulgatum eſt, illud *Novell. 1. in fin. Epilog.* *Leges neminem in paupertate vivere, neque in anxietate mori ſinere:* Ex eo quidam, illis, qui Juri & LL. operam dant, opum abundè ſemper affuturum putant, cum Schneidew. *ad §. fin. proœm. Inſt. p. m.* 12. *in pr.* vid. Wilh. Anthoni de Freundberg *tract. de reſcript. morator. compl. 68. per tot. ubi n. 98.*

Si modo pauper eges: ne plus egeas lege leges,
Grandia lucra leges, fertilis illa ſeges.

add. Spathen Teutſchen *Advocaten lib. 2. c. 15 §. 12. p. m.* 337. Dictum hoc poſt Chemnit. Carpz. *p. 1. conſt. 1. def. 9. n. 6.* non partibus ſed adſeſſoribus tribuit. Sed eos, (qui dicto illo Nov. 1. hoc modo abutuntur) toto cœlo errare, evincit Suthold. *diſp. ad Inſt. XI. coroll. 6 p. m.* 252. & Rittersh. *ad proem. Inſt. p. m.* 14. Neuter verò horum, verum *d. Nov.* ſenſum attulit. Scias itaque, ante memoratam Nov. concluſionem loqui de LL. teſtamentariis, & in ſpecie de Falcidia, de qua in *Nov. 1.* agitur Rittersh. *expoſit. Nov. p. 2. cap. 1. n. 16. p. m.* 127. Hæc enim lex heredem gravatum in paupertate vivere non ſinit, dum eidem quartæ detractionem de legatis concedit: Nec in anxietate mori permittit teſtatorem, *id eſt*, non debet hic anxius eſſe, an aliquis ſibi

ſit hæres exſtiturus, cum beneficium falcidiæ hæredem ad adeundum facilè alliciat. Dn. Strÿck. *vol.* 1. *diſp.* 16. (*quæ eſt de ANNO GRATIÆ:*) *c.* 3. *n.* 48. *&* 49. *pag. m.* 32. ubi fusè ad hoc comma diſſerit. Vid. Tabor. Barboſ. locuplet *lib.* 10. *cap.* 10. *axiom.* 24. *p. m.* 402. Henel ab Hennefeld *in otio Uratiſlav. cap.* 6. *p. m.* 43. *& ſeqq.*

6.

Punitorum Cadavera Medicorum filiis ad anatomiam concedenda eſſe, cum Marqu. Freher 1. *veriſim.* 25. *p. m.* 72. Zoës *ad π. de Cadav. punitor. n.* 2. Naurath *de vit. & mort. hom. theorem.* 67. *p. m.* 141. Wieſenbach *ad π. p.* 1. *diſp.* 6. §. 9. Weſenb. *ad π. de cadav. punit. ibique* Hahn *ad verba: ad anatomen tamen* Brunnem. *in l.* 3. *π. eod.* 1. Limnæo *de Jur. publ. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 30. Perez. *in Cod. Si reus vel accuſ. mort. fuer.* Puniendorum autem, adeoque vivorum, non æquè, adſerimus, cum Limn. *d. lib.* 8. *de jur. publ. c.* 4. *n.* 32. *ibique alleg.* quoniam pœnæ executio non Medicis, ſed Carnificibus eſt demandanda, Cöppen. 2. *obſ.* 73. *in fin.* add. Meyer *de jur. circa Cadavera punit. cap.* 5.

7.

Quærunt quidam occaſione traditorum apud Plin. 28. *N. H.* 8. *p. m.* 1244. *lin. ult.* Gell. 10. *N. A.* 12 *p. m.* 303. *& ſeq.* an liceat per artes naturales ſe reddere ἄφαντον, ſeu inviſibilem. Ego cum Dn. Strÿck *de jur. ſenſuum. diſp.* 1. *de contrar. Viſ. c.* 4. *n.* 20. *& ſeqq. p. m.* 108. & Balduino *de Caſib. conſc. lib.* 3. *c.* 5. *caſ.* 5. etiam tales artes damno.

8.

Indignum multis videtur verba Principum & JCtorum regulis Donati adſtringi, Steph. de Phederic. *tract. de interpret. LL.* 1. *p. m.* 15. Inde non illepidè Sigismundus reprehenſus in Concilio Conſtantienſi ob verbum vitioſum (vid. Schuppen *orat. de Opin. p. m.* 51.) Si ſupra Leges, *inquit*, ſumus, quare ſupra Grammaticam eſſe non poſſumus. Brandmÿler. *manud. Iur. Civ. ad Jus Canon. p. m.* 330. quod Pontifex etiam de ſe valere vult, cum indignum videatur, ut verba cœleſtis oraculi, regulis Donati adſtringantur, quemadmodum Gregorius loquitur, *in c. indignum, C.* 13. *diſt.* 35. adde D. Strauch. *p. m. Amœn. Jur. Canon. eclog.* 2. *c.* 13.

c. 13. Ego hoc eatenus valere cenſeo; ut potius mens ſit attendenda Legislatoris, quam verba ejus captanda quoniam non corticem & abtmidenas, ſed vigorem LL. obſervare decet. add. Jac. Mœſtert. *de Juſtit. Rom. LL. lib. 2. dubit. 67. per tot. p. m* 398. & *ſeqq* & 1. *dubit*. 46. *p. m*. 180. Martini *de pupill. ſubſtit. lib*. 2. §. 1. *p. m*. 101. & *ſeq*. V. Tabor. in Barboſ. *lib*. 7. *cap*. 9. *p. m*. 290. & *ſeq*.

9.

Magnas æquè ac permultas dextræ manus prærogativas, tàm in jure Divino quàm Civili reperiri, in propatulo eſt; Heic in gratiam antiquitatis, lubet ut eruam, unde profectus hic mos fuerit: quod hodie in ſalutandis viris honoratis, noſtram ipſi manum ori admovere ſoleamus: Antiquitus nimirum cum Idola in baſiis collocata, neminem admittebant propius, ut manu contingere poſſet, cultores dextram ori admoventes oſculum labiis premebant & ad Numen projiciebant. vid. exempl. I. *Reg*. XIX. 18. *Job*. XXXI. 2. 6. 37. huic ille, de quo diximos, ſuos probabiliter natales debet, vid. Anth. Muret. *X. variar. lect*. 1. Lipſ. 2. *elect*. 6. Barth 32 *adverſ*. 13. Tantopere enim effrænis adulandi pruritus, (qui hoc ævum graviſſimè vexat,) ſe elevavit, ut nullum cultus ſignum illibatum relinqueret, ceu in ſimili loquitur Dn. Martin Kempp *tract. polyhiſtor. de oſcul. diſp*. 9. §. 3. *in fin*.

10.

In quæſtione: An Græcæ linguæ in ſtudio juris aliqua ſit utilitas? ego miſſis aliorum prolixis diſceptationibus, eam omnino non diffiteor, quin potius egregium uſum eidem vindico cum Dn. Rittershuſ. *expoſ. Novell. polm. c*. 8. *n*. 6. *p. m*. 42. Beſold. *templ. Juſtit*. §. 16. *p. m*. 9 & 10. Spathen Teutſcher *Advocat. lib*. 1. *cap*. 23. §. 5. *p. m*. 138. & Tabor. *in Barboſ. locuplet. loc. com. l*. 7. *c*. 13 *p. m*. 292. Nihilo tamen ſecius Dn. Joh. Brandes *in tract. de ver. & ſimul. JCtor. Philoſoph. p. m* 91. opinioni ſubſcribo. JCtum futurum, earum potiſſimum linguarum habere rationem debere, cum quibus Reipubl noſtræ frequentius commercium intercedit.

11.

Artem Mathematicam damnabilem & interdictam omnibus affirmant Impp. *in l*. 2. & 5. *C. de maleſ. & mathem*. & Au-

 guſtinus

& quandoque corrigere & emendare Leges. l. 10. & ſeqq. ff. de LL. *Atque hæc perfici nequeunt, niſi cognitâ cujusque legis ratione: Nam extenſio fit* LL. *quando proceditur ad ſimilia, quo pacto autem cognoſces quæ ſimilia ſint, niſi inſpexeris rationes. Similia enim ſunt, quorum eadem eſt ratio. Id obſervavit GAJUS* l. 32. ff. ad. L. Aquil. *& CALLISTRATUS.* l. 64. §. 1. ff. de R. N. *hinc CHRYSIPPUS* apud Plutarchum, *interpretationem juris in hôc conſiſtere dicit, ut quæ obtinent in una re, ad cæteras omnes quæ parem rationem habent traducantur. Quid verò aliud corrigit & reſtringit* Leges *quam Ratio? ubi namque ceſſat ratio legis ibi ipſam ceſſare legem neceſſe eſt. Quod ſi ergo omne JCtorum officium fundatum eſt in cognitione rationis* LL. *& nullus horum ſecurus exiſtit de interpretatione ritè factâ, niſi ſciat rationem legis, &c.* hactenus Ille. Ita etiam ſtatuta & jura municipalia à ratione vitam accipere dicuntur, ſicut corpus per animam, Roland à Valle *vol. 3. conſil. 62. n.* 24. nec ſecundum corticem verborum, ſed ſecundum rationem accipienda ſunt *Weſenb. p. 2. Conſil. 53. n. 41.* Rauchbahr *part. 1. quæſt. jur. Civil. & Saxon. 32. n. 5.* Sed de horum Ratione diſpicere, vetat id, quod his quaternionibus deſignavi materiei, vide interim Simon *diſp. ſpec. Jur. ſtatutor.* Paul. Math. Wehner *obſerv. pract. voce* Gewohnheit. *p. m. 168. & ſeqq.*

APH. XIII.

Tandem licuit nobis, multis prætervectis ſcopulis, adire penetralia, & quaſi caput hujus qualis qualis diſcurſus, nimirum *L. XX. ff. de LL.* quæ genuina ſedes hujus tractationis eſt; Ad hujus verò textus verum perſpicuumque ſenſum, adeò ſolertiſſimi juris interpretes inſudarunt, ut merito tot ſententias multipliciter vexatæ hujus legis. vid. Val. Riemer. *decad. 1. QQ. Illuſtr. 6. circ. med.* conſpiciens & expendens, non illepidè quidam exclamaverit: Hinc leges pendent atque Prophetæ! Ego miſſis multorum explicationibus (non enim vacat omnium JCtorum circa hanc L. XX. diverſas opiniones alentium, expilare ſcrinia) aliquas tantùm hîc ponam; de cætero B. L. ad ipſos earum fontes, & authores remiſiſſe contentus: I. Steph. de Phedericis. *tract. de interpret. LL. p. 1. membr. 3. n. 40. ad 43. incluſ. p. m. 87. & 88.* Diſtinguit: inter rationem legis, vel ex

eadem

eadem lege vel ex aliis claram, & rationem legis ex noſtro capite inventam, de poſteriori caſu intell: *l.* 20. *π. de LL.* conf. ſtrenuum Phedericis aſſeclam Val Guilh. Förſter. *de iur. interpret. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 17. quibus ferè gloſſa adſtipulatur *ad. d. l.* 20. *π. de LL. lit. H. p. m.* 78. quæ eorum quæ viva ratione ſtatuuntur, rationem dari poſſe autumat. II. Dn. Joan. à Felde. *in Elem. Jpr. publ. Juſtin.* omne ENS in neceſſarium & contingens diſpeſcit, hoc (contingens ſcil.) in contingens ut plurimum, & contingens in utramque partem, de contingenti æqualiter, ſive in utramq; partem intellectam vult. *h. l.* 20. *π. de LL.* vid. eund. *d. l. p.* 1. *Elem. cap.* 5. §. 2–6. *& ſeqq. p. m.* 14. *&* 15. III. Aliter ſentit Val. Riemer. *decad.* 1. *Illuſtr. Q Q.* 6. qui diſtinguit inter jus civile Reipubl. in genere, & Jus Civile individuale, ſive Romanum, ſive Athenienſe, de hoc rationem non reddi, de illo vero dari poſſe ſtatuit. IV. Ehem. *lib.* 7. *de princip. jur. c.* 17. *p. m.* 485. *l.* 20. *π. de LL.* de Principiis primis accipit, quæ indemonſtrabilia, ne progreſſus detur in infinitum. V. Dn. Tabor. *in partit. Elem. coroll.* 1. *p. m.* 283. licet inquit ratio non ſemper dari poſſit neceſſaria, debet tamen ſubeſſe probabilis ut ipſe Cujac. * 17. *obſ.* 15. *p. m.* 807. docet, conf. Dn. Schröter. *in not. ad Fibig. coll. leg. Exerc.* 1. *quæſt.* 7. *p. m.* 17. *&* 18. adde quæ Nos *ſupr. ad aph.* 7. ex Dn. Schiltern diximus. VI. Eſt Dn. Brandes. *in tract. de ver. & non. ſimul. JCtor. Philoſ. c.* 7. *p. m.* 157. dicentis: Rationem non ſumi pro utili & noxio legis, (turpe quippe eſſet verò JCto hanc ignorare;) ſed pro legum ferendarum m occaſione. VII. Dn. Beyer. *in not. ad Schnob. Jus. π. diſp.* 1. *th.* 19. *p. m.* 52. & Arum. *diſp. ad π.* 1. *th.* 7. Certum dupliciter conſiderant, & in ſe, & ſecundum nos, de poſteriori locum habere. *d. l.* 20. *π. de LL.* volunt, quidus add. Daniel. Otto. *Dial. jur. lib.* 1. *c.* 3. *reg.* 1. *p. m.* 38. Oſvvald. Hillig. *in Donell.* 1. *comment.* 13. *lit. l. p m.* 37. VIII. Kleinſchmitt. *præcogn. jur. tract.*

* Qui ſolus pro centum millibus eſt Petro Fabr. 1. *ſemeſtral.* 7 *p. m.* 41. qui n'eut, n'a, & n'aura, par avanture jamais, ſon pareil. Paſquier *recherches de la France livr.* 9. *chapitr.* 38. hunc conſulem in juris civitate absque collega dicit Theodor. Marcilius. *Profeſſor. quondam eloquentiæ Regius Pariſienſ. interpret. LL. XII. Tabb. in fin. p. m.* 360.

tract. 4. ſect. 6. Reg. 13. n. 24. p. m. 212. Donell. 1. *comm.* 13. generalem dari poſſe, non ſpecialem, adſerunt. IX. Brunnem. *ad d. l.* 20. *π. de LL. n.* 1. & 2. & gloſs. *in l.* 1. §. 3. *π. de poſtulat. Vit. G. p. m.* 329. de LL. poſitivis, ſive de Juſtitia poſitiva intelligunt. X. Ant. Faber. *in Rational. ad. d. l.* 20. *π. de* LL. *p. m.* 16. Hunn. *ad Treutl. vol.* 1. *diſp.* 1. *quaſt.* 9. *p. m.* 16. multis cum aliis Dd. inter Jus conſtitutum diſtinguunt, & receptum, * de illo intelligunt. *d. l.* 20. vid. Jac. Gothofr. *ad Rubr. & l.* 1. *π. de R. I. p. m.* 5. *paul. poſt. pr.* non de hôc: XI. Domin. Soto. *lib.* 1. *de Iuſt. & Iur. quaſt.* 5. *art.* 2. *in fin. Iuris peritus* inquit *in* l. 20. *π.* de LL. *non negat, eorum, quæ à jure naturali per modum concluſionum eliciuntur, poſſe rationem reddi: Eorum autem, quæ ſecundo modo* (ſc. ut ſpecificata determinatio communis generis) *derivantur, quia Seniorum conſultatione, per experientiam & prudentiam ſtatuta ſunt, veluti univerſalium ſpecificæ determinationes, non eſt ſemper exigenda ratio, ſed eorum experientiæ & prudentiæ eſt habenda fides, ut* 6. *Eth. autor. eſt Ariſtot.* XII. Martucc. *var. iur. expl. lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 3. *p. m.* 88. *L.* 20. *π. de* LL. locum habere ait, in Principum conſtitutionibus particularibus, & jure exorbitânte, quod propriè privilegium dicitur, fundatur ejus opinio cumprimis in eo, quod privilegia dicantur fieri contra rationem. *l. in iis, l. jus ſingulare. π. de* LL. XIII. Mæſtert. *d. Iuſtit. Rom.* LL. *lib.* 1. *dub.* 15. *p. m.* 51. intelligit (1.) de iis quæ meræ ſunt voluntatis (2.) Julianum de ſuis Majoribus locutum eſſe, qui tamen præcisè illi non ſunt, ex quorum fragmentis corpus juris compoſitum eſt. XIV. Udalricus Zaſius. ** *ad. d. l.* 20. *π. de* LL.

* De jure Conſtituto & recepto eleganter prout aſſolet Dn. Schilter. *Phil. moral. c.* 3. §. 8. *in fin. p. m.* 87. ita: *Certè,* inquit, *in qualibet republ. Ius Civile duplicem cernitur habere naturam, unam commumunem cum aliis juris ſpeciebus, quod Jus receptum, ni fallor, vocat.* Donell. 1. comm. 13. *alteram propriam quod conſtitutum eidem dicitur. Quæ diverſitas juris Civilis, fundamentum habet in duplici ipſius civitatis natura, quæ partim communia habet aliis civitatibus, partim propria ſuo ſibi ſtatui.*

** Primarium togæ & ſeculi decus elog. Vinn. *in præfat. dedic. comm. Inſt. ad Hollandiæ & Weſtphaliæ Ord.*

LL. & Alciat. * *in l.1. π. de V. S.* contingere poſſe interdum, dicunt, quod nulla cujuſpiam legis appareat ratio, interdum, quod plures unius legis probabiles rationes proponantur. XV. Hortlederus. *in ſpec. diſp. ad h. l. 20. π. de* LL. *olim. adornatâ; præſid. Arnm. hab. alleg.* ap. Beyer. *in Schnobel. 5. alleg. loc.* ita illuſtrat: Multa ſcil. contra communem legis rationem ob aliquam ſingularem æquitatem, humanitatem, commiſerationem, ſummâ optimâque ratione eſſe recepta, quæ ſi ad legis illius communis rationem & normam velimus exputare, ſubvertenda planè forent. XVI. Feldmann. *comm. ad π. ad. l. 1. pr. π. de l.* & *l. n. 5.* & *ſequ.* diſtinguit inter rationem bonitatis & æquitátis de poſteriori *d. l.* intelligit add. Tabor. *part. elem. p. 1. §. 8. p. m. 10.* XVII. Aliter ſentit Zoëſ. *in comm. ad π. d.* LL. *n. 67. p. p. m. edit. noviſs. 31.* XVIII. Aliter Brandmyler. *manud. Iur. Civil. ad Ius Canon. diffr. Ratio ſubeſt legibus p. m. 384. ubi 5. expl. offert.* XIX. Aliter Bachov. *ad τὰ πρῶτα de* LL. & *Sc. n. 6.* & *ſeqq. p. m. 38.* & *139.*

APH. XIV.

Ego verò nulli ex his interpretationi, per omnia meum addo calculum, & quamvis una álterave haut adeò diſpliceat, non tamen negotium mihi exhaurire videtur.: Illas verò ſupra poſitas revidere, & rationes diſplicentiæ ponere, nimis foret prolixum, quare id impræſentiarum ſilentii peripetaſmate obvelatum, ſicco, quod ajunt pede, præterire cogor. Cùm pace itaque Dominorum authorum, præcedentes illuſtrationes mitto & *d. l. XX. π. de* LL exercitii gratia, donicum de meliori fuero informatus, ita commodiſſimè explicari poſſe reor: (1.) Præſcindendo Rationem naturalem à civili. vid. Dn. Schilter. *Philoſoph. moral. cap. 3 §. 12. p. m. 91.* & *ſeqq.* Suthold. *diſp. Inſt. 1. aph. 62.* (2.) probabilem à neceſſaria ceu *ſupr. ad aph. 4.* & *aph. 13. ſub. n. 5.* notavi. Sicque diſtinguo: inter legem ſimpliciter de aliquo negotio & juris controverſia latam, & inter determinativam, quæ vel certum tempus negotio determinat, huicve aut illi ſpeciali-

C ter

* Magnum renaſcentis Jurisprudentiæ incrementum elog. Petr. Cunæi *orat. ad Tit. de paſt. in volum. orat. ſuar. p. m. 146.* primus juris inſtaurator elog. Jacob. Gothofr. *ad l 77. de R. I. p. m. 342.*

ter aliquid ob favorem vel odium à communi juris ratione exorbitans indulget: Harum poſteriorum legum ratio ſpecialis reddi haut poteſt: multa enim optimè hanc in rem dicente Ariſtotele. 5. *Eth*. 6. (ita ab allegando Kleinſchmitt citatur, ego verò id citato loco extare non reperio) lege civili tantum propter certitudinem aliquam determinantur, & de harum ratione legislator quæſitus, aliam reddere nequit, quam hoc juſtum arbitramur. Ab aliis ſufficit reſponderi: Illud legis conditori ex uſu & neceſſitate Reipubl. viſum fuit conducibile Dn. Kleinſchmitt. *præcogn. jur. tract*. 4. *ſect*. 6. *Rex*. 13. *n*. 24. *p.m*. 212. certiſſima proinde eorum ratio quæ afferri poteſt, illa eſt: quod ita fuerint conſtituta, cum nihil eſſet quod melius conſtitui poſſe videretur Ant. Faber. *in Rational. ad. l*. 20. *&* 21. *π. de* LL. *p. m*. 16. *col*. 1. Lex enim in indifferentibus nihil præcipit niſi quod ratio pro tempore & loco oſtendit eſſe bonum, nihilque prohibet, niſi quatenus ad malum accedit ex Dom. Soto. Dn. Stryck. *vol*. 1. *diſp*. 24. *De fortalitiis. c*. 9. *n*. 8. *p. m*. 61. Exempla cumulari quam plurima poſſent tàm priſca quàm recentiora: ſic olim apud Lacedæmones vetabantur Ephori * ſtatim ut Magiſtratum inierunt, barbæ alas paſcere; & Solonis ſanctio, eum, qui ſeditionem & motus civicos quietus ſpectaviſſet, ignominiâ notabat, ** Henel. *Ot. Vratisl. c*. 40. *p. m* 335. Recentiora ſi mavis, in exemplo tibi erit: Quare quadriennium ad Uſucapionem rerum vacantũ requiſitum? Quare mobilia triennio præſcribantur? Quare legitima ſit conſtituta quarta? Quare exceptio nõ numeratæ pecuniæ ſit biennalis? &c. Brandmyler. *manud. ad Jus Canon. differentia Ratio abeſt. à* LL. *Canonicis. p. m*. 384. de quibus tamen affatim benè ſentit Brunnem. *ad. d. l*. 20. *π. de* LL. *n*. 3. talem legem vel conſuetudinem, eò ipſo rationabilem eſſe, quod non repugnet juri naturali, licet, ejus ratio demonſtari non poſſit.

APH.

* Hi erant apud Lacedæmones quinque judices, quorum autoritati, Reges quoque parere cogebantur, Eraſm. *in apophr. in Ageſil. n*. 12. *p. m*. 25. de iis vid. Ariſt. 3. *pol*. 4. 7. 10. *& IV. pol*. 2.

** Hujus tamen legis cauſam percontatur, illuſtris Noctium Atticarum ſcriptor Gell. *lib*. 3. *cap*. 12. *p. m*. 68.

APH. XV.

Alia ex præcedentibus quaſi pullulat quæſtio, alia ſuperanda ſe nobis offert difficultas, quam quidam *ex l. 21. ff. de* LL. ſibi ſuboriri paſſi ſunt: An videlicet Ratio LL. inquirenda: *d. l.* 21. ait: *Et ideò rationes eorum quæ conſtituuntur inquiri non oportet, alioquin multa ex his quæ certa ſunt, ſubvertuntur.* Hæc lex uti immediatè ſubjungitur *d. l.* 20. *ff. de* LL. ita etiam tot penè patitur interpretationes quot affingi diximus *d. l.* 20. Nos tempori inſervientes, potiores quasdam hîc adducemus *d. l.* illuſtrationes ac explicationes. Illi qui *l.* 20. *ff. de* LL. explicant per diſt. inter jus conſtitutum & receptum cum Barth. 3. *adverſ.* 1. ap. Henel *in otio Vratisb. c.* 40. *p. m.* 339. brevi, ut dicunt, & minimè licentioſâ correctione, diſtrahendo nimirum voces malè cohærentes, quarum literas à compendioſa veterum ſcribendi ratione ſequior æras coaleſcere, & tàm inficetam lectionem procreare juſſit, ſic legendū cenſent: *Et ideò rationes eorum quæ conſtituto utuntur inquiri non oportet*, vel cum ipſo Henel. *d. l. quæ conſtituto nituntur.* Aliter ſentit Donell * 1. *comm.* 13. ibique Oſwald Hillig. *ad lit. l, p. m.* 34. *in fin. & p.* 37. hujus legis ſenſum non eſſe, ut inveſtigatio rationis ad legem intelligendam fieri non debeat, ſed ne quis putet, non prius parendum eſſe legi, quam rationem ejus perveſtigavit. Mihi hanc circa quæſtionem arridet Anth. Maſſæ *in tr. de exerc. Jurisp. lib. 2. n. 72. & ſeqq.* ſententia, diſtinguentis: Aut inquiſitio tendit ad effectum ut redarguatur legislator, reprehendaturq; lex, tanquam injuſtè & ſine ratione poſita, & talis minimè eſt licita, quia ſecundum *c.* 3. *diſt.* 4. in temporalibus legibus, quamquam de iis judicent homines cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit judici de illis judicare. ** Aut ratio cauſave legis inquiritur ad effectum indagandi mentem & ſententiam legis, ut ſecundum illam diſpoſitio legis interpretata, extendatur & reſtringatur. Hoc modo ite-

* Oratorum maximus & ICtorum maximus orator, elog. Arum. *diſp. ad. ff. 9. t. 2.*

** Hinc ſcitè Menander, leges quidem eſſe rem oppidò bonam, *ait*, ſed qui eas argutari, aut nimis acutis oculis intueri velit, hunc fieri calumniatorem & ſycophantam. Rittersh. *expoſ. Nov. p. 3. c. 9. n. 14. p. m.* 178. Petr. Cunæus *Orat. de Iprud. in ejus Orat. volum. p. m.* 133.

rum vel legiſlator legis cujuſdam rationẽ ſcrutare prohibuit, aut non; hôc caſu valet brocardicon vulgare: quod non reperitur prohibitum, cenſetur eſſe permiſſum. v. Tab. in Barboſ. *loc. comm. lib.* 14. *c.* 25. *axiom.* 2. *p. m.* 581. Illo verô caſu, attendenda formalia prohibitionis, ſi eorum ſenſus v. g. nihil debere addi vel minui ut *Deut.* 12. nulla nobis in ejusdem legis rationem inquirendi, erit injecta remora: quid? quod & ad ſimiles caſus talismodi conſtitutio adplicari, deque ea interpretatio fieri poterit, quippe cum per hoc neque additur, neque demitur legi aliquid. Si verò ceu in *c. exiit.* 3. *circ. fin. de V. S. in* 6. expreſſis additum fuerit verbis, ut conſtitutio ſecundum literam acceptetur, neque ulla interpretatione vel rationis indagatione illuſtetur, neque mentem conſtituentis ulla aliqua interpretatione unquam attingi poſſe, omnis omnino rationis perſcrutatio eô nobis caſu adempta videbitur, Kleinſchmid *præcogn. Iur. tract.* 4. *ſect.* 6. *n.* 25. *p. m.* 213. Et eo modo emergentibus haut abſimilibus caſibus, qui interpretari ac decidi debent, authentica erit impetranda interpretatio, ſicque ad conſtituentem recurrendum, pariter ac ſi quid durius hôc modô conſtitutum, tunc enim judex non lege debet eſſe benignior ac clementior. *Nov.* 82. *c.* 10. *ibique* Godofr. *ad lit. D.* ſed ad Principem recurrere vid fusè Vinn 1. *ſelect. jur. QQ. cap.* 2. *p. m.* 6. 7. & *ſeqq.*

APH. XVI.

Tandem ad exempla etiam devenio, horum autem ut varia hujus LXX. *ff. de* LL. congerunt, ſic Bachovius *ad τὰ πρῶτα p. m.* 139. *n.* 7. *in med.* & Vinn. 1 *quæſt.* 2. *p. m.* 7. duram L 12. *ff. qui & ex quibus cauſ. manum. non poſſ.* in exemplum adducunt; Ego circa hanc legem moram huic ſcriptioni non necto, cum jam à multis tam explicata, quam internotata, vid. Struv. *S. I. C. Exerc.* 2. *th.* 47. Perez *in prælect. Cod. in lib.* 1. *tit.* 14. *n.* 19 *p. m.* 33. *ubi Zaſii explicationem offert.* Ungep. *exerc.* 1. *quæſt.* 1. *p. m.* 17. Jo. Dominic. Martuc. *variar. jur. explan. lib.* 2. *c.* 42. *p. m.* 158. & *ſeq.* hoc addere contentus, *quod* Zaſius *ad* L. 20. *ff. de* LL. Adulterii, *ratur*, crimen, quia clandeſtinum per eos ſæpè juvari, qui minimè videntur ſuſpecti: potuit quippe ſervus, utut ruri degens, ex Domina ipſa, vel conſervis, aliquid intellexiſſe, aut de antiquis Dominæ moribus atteſtari. Idem ferè ſentit Raphaëi Fulgoſius.

goſius *ad d. l.* 20. nec multum hinc abludit opinio Dn. Beyers *ad Schnob. Ius. ff. p. m.* 53. potuiſſe ſc. mœcham ſervum totius adulterii gnarum, ad rus ablegaſſe, ut ignorantiæ prætextum ipſi præberet, ac poſtea ipſum tanquam ullius criminis neſcium, præ reliquis libertate donare. Ipſi verò *d. l.* 12 definitioni, convenit exempl. ap. Tac, 14. *Annal.* 43. *& ſeq.* adde Wieſenbach *diſp. ad ff.* 2. *th.* 15,

APH. XVII.

Alii cum Cujacio 8, *obſ.* 12. *p. m.* 325. exemplum in *l.* 9. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* ponunt; Verum mihi CAJUS JCtus, cum Dn. Adr. Beyer. *in not. ad Schnob. in ff. diſp.* 1. *th.* 19. *p. m.* 54. videtur diſputare contra eos, qui negant actionem hanc hæredibus actoris competere, idque certo conſtare credunt. Cum certum tamen ſit, (1.) perpetuo eam competere. (2.) rei perſecutionem continere, jam verò ex. §. 1. *Inſt. de perpet. & temp. act.* affatim liquet, actiones etiam ex delictis deſcendentes, heredibus dari, ſi rei perſecutionem contineant; cui Regulæ JCtus inhæret, nec alia dignatur diſſentientes refutatione, quam ut miretur, contrarium ipſis tantopere adverſus ipſa juris principia arridere.

APH. XVIII.

Tandem alii cum Schnobel. *diſp. ad ff.* 1. *th.* 19. L. 63. *ff. de ædil. edict.* illis conjungunt LL. in quibus ratio valde obſcura eſt. At diverſiſſima cum locationis & emptionis natura ſit, nullum eſt mirum, ſi ædilitium edictum ad locationem adplicari vetatur: In emptione enim & venditione par & traditionis, & redhibitionis ratio eſt, tantundem enim à venditore habet emptor, quantum ab emtore venditor, cum pretium per æqualitatem quantitatis rem exæquet *l.* 1. *ff. de contrah. empt.* Itaque ut contractus parem utriusque ſtatum efficit, utrumque in integrum reſtituit, quaſi neque emptio neque venditio interveniſſet, *h. e.* quaſi neque res à venditore, neque pretium ab emtore traditum fuiſſet. *l.* 23. §. 7. *l.* 60. *ff. de ædil. edict.* At in locationis contractu, diſſimilis in utramque partem ratio eſt: Nam neque merces rem exæquat, neque ſi redhibitio fieret, par ex utraque parte ratio eſſet, redderet enim inquilinus domum, *h. e.* jus utendi per quinquennium.

Locator verò, vel nihil, ſi mercedem nondum accepiſſet, vel ſi unius anni prærogativam jamjam accepiſſet, tamen quod redderet, cum quinquennio comparandum non eſſet, vid. Arum. *diſp. ad π. XIV. §. 13. p. m.* 239. Paul. Buſ. *ind. l.* 63. Brunnem. *ad eand. n.* 1. & 2. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 2. θ. 1. lit. G.* Perez. *in Cod. h. n.* 7. Aliam reddit rationem Dn. Beyer *ad Schnob. in π. diſp.* 12 *θ. 29. p. m.* 418. quem vide.

APH. XIX.

Tractanda hîc eſſent quædam axiomata & regulæ circa hanc materiam vulgatæ, ut: Ceſſante RATIONE LEGIS, ceſſat diſpoſitio. *cap. 6. extr. de appell. l. 32. π. de pact. l. 6. §. 2. de jur. Patron.* Martini *in annot. ad § 6. Inſt. de eo cui libert. cauſa bon. addic. p. m.* 912. quam explicat Tabor. *in Barboſ. loc. comm. axiom. lib.* 10. *c.* 10. *axiom.* 30. *p. m.* 404. Suthold. *diſs. ad Inſt.* 1. *aph.* 16. 17. *& ſeqq. p. m.* 6. ibique Dn. Schroter. *in not. & animadv. p. m.* 11. junct. in exempl. Klock. *vol. 3. conſ.* 109. *n.* 21. breviter verò ac eleganter illuſtrat Celeberrimus Strauch. *b. m. in Jur. Juſtin. priv. diſp. 1. aph.* 15. Steph. de Phedericis *tract. de interpret. LL. p. 1. membr. 3. n. 37. p. m.* 86. Nicol. Vigel. *Dial. jur. p. m.* 313. & 323. Daniel Otto. *Dial. jur. lib. 1. c. 3. reg. 5. p. m.* 36. Idem Regula: Ubi eadem RATIO, ibi idem jus. *l. 32. ad. L. Aquil. l. 27. §. 2. π. ad L. Jul. de adult. l. 9. §. 2. de edend. l. 5. §. fin. π. naut. caupon. & ſtabular. l. 64. π. de furt. l. 19. C. de SS. Eccleſiaſt.* Everh. à Middelburg. *top. legal. loc. à ſim. n. 2. p. m.* 121. *& ſequ.* quam exponit Aug. Barboſa. *locupl. locor. comm. lib. 16. c. 5. axiom. 13. per. tot. p. m. 685. qui quamplurima huc facientia collegit axiom. per. tot. c. 5.*

APH. XX.

Sed ſpatium quoniam ſolitum, dicta ſibi vindicarunt, hinc ſpeciatim de ipſa cujusque legis, imprimis intricati juris ratione, aliquid congerere, vetant hujus diſp. limites, quareq; etiam pennæ nigredinem ulterius non diſſemino, ſed vela dudum panſa, nunc contraho, & utut haud pauca congeſſerim hujus commatis, tamen, tàm typographi feſtinatio, quam temporis (circa hujus anni decurrentis lapſum) caritas, ſecundas illis congeſtis impertire curas, prohibent. Te interim B. L. rogatum volo, ut in his, oculatum te mihi præſtes, non oculeum,

oculeum, facile quidem multa deſiderabit ſublimior forte genius, quæ mens adhuc mihi depreſſa, non attigit: multa, fateor, erunt, quæ juſtiore judicio, & nulla temeritate poſſunt culpari: quum nemo ſit mortalium, quem non aliqua pars ignoratiæ attingat, utpote, qui hanc contagionem ex ipſa mortalitate contraximus, nam homo cum errat humanitus errat: errorem autem in homine culpare, eſt toti mortalitati convitium facere, Yvo Villiomarus *in fin. animadv. in loc. controverſ. Titii,* Nullus tamen quum reprehenſor formidandus amatoribus veritatis, ego etiam de errore admonitus, lubens, quod Imp. *in Nov. 22. in fin. præſtat.* dicere non puduit, arripiam, meque cum Grot. *de J. B. & P. proleg.* §. *61.* promptius non monebunt errantem, quam ego monentes ſequar. Limatiora interea & plura, ſicubi hæc ſtomachum tibi non moverint, exſpecta alibi, relinquendum enim eſt aliquid ingenio, quod dies atque ætas mitificet Gell. 13. *N. A.* 2. *p. m.* 385.

Tu tandem qui merito fons & ſcaturigo omnis juſtitiæ, imò ipſa juſtitia es, & diceris, Tibi pro omnifariis ad hanc usque diem præſtitis ineffabilibus beneficiis, ex imis præcordiis depromptas perſolvo grates, & quemadmodum Tibi omnipotentiſſimo cunctarum bonarum artium inſtitutori & diribitori DEO, ab initio omne meum ſtudium SOLI dedicavi, ita etiam in futurum dico & conſecro, quidquid à me proficiſcetur boni operis, Tua quippe unica GLORIA, ulti matus eſt eritque ſemper, meorum ſtudiorum

FINIS.

CO-

COROLLARIA JURIDICA.

I.

An die feriata ſtudioſo juris, liceat literis incumbere? controverſiæ eſt; in affirmantium tranſit caſtra Joh. Baptiſta Caccialup. *tract. de offic. advocator. quæſt. 5. p.m. 18. & gloſſ. ad l. 9. π. de edend. lit. E. & margin. ibid. p.m. 239.* quorum ille, vulgatos pro ſe allegat verſus:

Qui vult Sanctorum celebrare ſingula feſta,
Non poterit clarè cum Codice ſcire Digeſta.

His ſuô conſenſus calculo accedit Limnæus *de jur publ. lib. 8. c. 6. n. 50. & ſeqq.* Schröter *faſcic. caſ. conſcient. in foro jurid. deciſor. caſ. 43. p. m. 92.* ex judicio conſcientiæ concedit, ſi fiat absque vitio omiſſionis, audiendi verbum DEI; his Ego penſitatâ limitatione, ſubſcribo.

2.

Rectè prohibentur Sacerdotes, Jure Canonico criminis ſibi factam confeſſionem, revelare, adeò, ut ſi indicaverint, tale nihilo tamen minus haud validum cenſeri debeat teſtimonium, *c. 2. de pœnitent. diſtinct. 6 c. 2. extr. de offic. judic. ordin. c. 12. verſ. caveat extr. de pœnit. & remiſſ. c. 13. extr. de exceſſ. prælat.* D. Luther in ſeinen Tiſchreden/ (*edit.* Franckfurt *de Anno* 1574. *cap.* 18. *f. m.* 161. *B.* Von der Beicht und Abſolution: Q. Ob ein Diener deß Worts ꝛc. Cujus verba: Es iſt mir nichts gebeicht/ ſondern dem HErrn Chriſto/ und weil es Chriſtus heimlich hält/ ſo ſoll ichs auch heimlich halten und ſtracks ſagen: Ich habe nichts gehört/ hat Chriſtus was gehört/ ſo ſage Er es. add. Carpz. *Jpr. Rom. For. p. 1. conſt. 16. def.* 70. & eund. *Jpr. Conſiſt. lib. 3. def.* 25. Maſcard *de probat. vol. 1. concluſ. 377. per tot. p. m.* 377. *& ſeqq.* Finckelthauß *Obſerv. 94. per tot.* Gaill. 1. *obſerv.* 100. *n.* 8. *& per tot.* Græv. 1. *concluſ.* 100. *conſiderat.* 2. Ziegler *ad Inſt. Iur. Canon. lib. 2. tit. 5. §. 9. pr.* Struv. *S. I. C. Exerc.* 8. 40.

3.

Parochus privatis fortean lymphatus affectibus, in reprepen-

henſione criminum modum excedens, rectè actione injuriarum pulſatur, *vid. l. 32. π. de injur.* R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1530. §. und haben wir *junct.* R. A. zu Speyer *de Anno* 1542. §. damit aber. ſupra laud. JCtiſſimus Dn. D. Mollenb. *cent. 3. diviſ. 60 add. 13. n. 67. p. m. 591. & ſeq.* Hahn *ad Weſenb. de injur. & famoſ. libell. n. 4. p. m. 402.* Carpz. *Jpr. conſiſt. lib. 3. tit. 9. def. 98. n. 1.* Berlich *p. 5. concluſ. 59. n. 1. & concl. 60.* Reinking *R. S. & E. lib. 3. claſſ. 2. c. 2. n. 8.* Burgoldenſ. *ad Inſtrum. pac. p. m.* 1014.

4.

Non ſine vulgari Juris noſtri ſacratiſſimi injuriâ, LL. multidinem, multi tricantur, quibus, cum aliis, ita obviam ivit, Dn. Beyer *in not. ad Schnobel. Ius pandect. diſp. 1. th. 21. p. m. 60.* Omnes quidem textus juris Romani vulgo LL. nomine inſigniri; At *non omnes coquos eſſe, quos cultros geſtare deprehendimus.*

5.

Tritum æquè ac vulgatum eſt, illud *Novell. 1. in fin. Epilog.* *Leges neminem in paupertate vivere, neque in anxietate mori ſinere:* Ex eo quidam, illis, qui Juri & LL. operam dant, opum abundè ſemper affuturum putant, cum Schneidew. *ad §. fin. proœm. Inſt. p. m. 12. in pr.* vid. Wilh. Anthoni de Freundberg *tract. de reſcript. morator. compl. 68. per tot. ubi n. 98.*

Si modo pauper eges: ne plus egeas lege leges,
Grandia lucra leges, fertilis illa ſeges.

add. Spathen Teutſchen *Advocaten lib. 2. c. 15 §. 12. p. m. 337.* Dictum hoc poſt Chemnit. Carpz. *p. 1. conſt. 1. def. 9. n. 6.* non partibus ſed adſeſſoribus tribuit. Sed eos, (qui dicto illo Nov. 1. hoc modo abutuntur) toto cœlo errare, evincit Suthold. *diſp. ad Inſt. XI. coroll. 6 p. m. 252.* & Rittersh. *ad proem. Inſt. p. m.* 14. Neuter verò horum, verum *d. Nov.* ſenſum attulit. Scias itaque, ante memoratam Nov. concluſionem loqui de LL. teſtamentariis, & in ſpecie de Falcidia, de qua in *Nov. 1.* agitur Rittersh. *expoſit. Nov. p. 2. cap. 1. n. 16. p. m. 127.* Hæc enim lex heredem gravatum in paupertate vivere non ſinit, dum eidem quartæ detractionem de legatis concedit: Nec in anxietate mori permittit teſtatorem, *id eſt*, non debet hic anxius eſſe, an aliquis ſibi

D ſit

c. 13. Ego hoc eatenus valere cenſeo; ut potius mens ſit attendenda Legislatoris, quam verba ejus captanda quoniam non corticem & ambidenas, ſed vigorem LL. obſervare decet. add. Jac. Mœllert. *de Juſtit. Rom. LL. lib* 2. *dubit.* 67. *per tot. p. m* 398. *& ſeqq.* & 1. *dubit.* 46. *p. m.* 180. Martini *de pupill. ſubſtit. lib.* 2. §. 1. *p. m.* 101. *& ſeq.* V. Tabor. in Barboſ. *lib.* 7. *cap.* 9. *p. m.* 290. *& ſeq.*

9.

Magnas æquè ac permultas dextræ manus prærogativas, tàm in jure Divino quàm Civili reperiri, in propatulo eſt; Heic in gratiam antiquitatis, lubet ut eruam, unde profectus hic mos fuerit: quod hodie in ſalutandis viris honoratis, noſtram ipſi manum ori admovere ſoleamus: Antiquitus nimirum cum Idola in baſiis collocata, neminem admittebant propius, ut manu contingere poſſet, cultores dextram ori admoventes oſculum labiis premebant, & ad Numen projiciebant. vid. exempl. I. *Reg.* XIX. 18. *Job.* XXXI. 2. 6. 37. huic ille, de quo diximos, ſuos probabiliter natales debet, vid. Anth. Muret. *X. variar. lect.* 1. Lipſ. 2. *elect.* 6. Barth 32 *adverſ.* 13. Tantopere enim effrænis adulandi pruritus, (qui hoc ævum graviſſimè vexat,) ſe elevavit, ut nullum cultus ſignum illibatum relinqueret, ceu in ſimili loquitur Dn. Martin Kempp *tract. polyhiſtor. de oſcul. diſp.* 9. §. 3. *in fin.*

10.

In quæſtione: An Græcæ linguæ in ſtudio juris aliqua ſit utilitas? ego miſſis aliorum prolixis diſceptationibus, eam omnino non diffiteor, quin potius egregium uſum eidem vindico cum Dn. Rittershuſ. *expoſ. Novell. polm. c.* 8. *n.* 6. *p. m.* 42. Beſold. *templ. Juſtit.* §. 16. *p. m.* 9 *&* 10. Spathen Teutſcher *Advocat. lib.* 1. *cap.* 23. §. 5. *p. m.* 138. & Tabor. *in Barboſ. locuplet. loc. com. l.* 7. *c.* 13 *p. m.* 292. Nihilo tamen ſecius Dn. Joh. Brandes *in tract. de ver. & ſimul. JCtor. Philoſoph. p. m* 91. opinioni ſubſcribo, JCtum futurum, earum potiſſimum linguarum habere rationem debere, cum quibus Reipubl noſtræ frequentius commercium intercedit.

11.

Artem Mathematicam damnabilem & interdictam omnibus affirmant Impp. *in l.* 2. *&* 5. *C. de maleſ. & mathem.* & Au-

guſtinus nihil tam contra Chriſtianos eſſe dicit, quam huic arti inimicæ legi DEI operam navare: Non ſanè hi ſcientiam aſtrorum carpunt, multominus Geometriam, cujus egregium in Republ. uſum vid. ap. Joh. Domin. Martucc. *variar. jur. explanat. lib. 2. c. 52. p. m. 199.* & ipſam *L. 2. C. de Malef.* ſed abuſum illorum, qui Aſtronomiæ & Aſtrologiæ ſcientiâ abutuntur, ad prædicanda futura, quæ tamen quoad nos ſunt pura contingentia, & tantum ab arbitrio hominis, vel pervigilii DEI providentia pendent, Brunnem. *ad l. 2. C. de maleſ. & mathem. n. 1. & 2.* Berez. *in Cod. ibid. n. 5.* Genus hominum, ut deſcribit Mathem. hos Tacitus. 1. *Hiſtor. 22. n. 2.* potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper & retinebitur, vide ſis Engell. *coll. Jur. Can. edu. noviſs. lib. 5. tit. 21. §. 2. n. 11. & ſeqq. p m. 1272.* Brandmyler. *manud. ad Jus Canon. p. m. 41.* Zeiler. Polit. Sendſchreiben. *cent. 1. Ep. 13. p. m. 29. & ſequ.* Saaveedra *Idea princip. Chriſt. pol. Symb. pol. 4. §. Aſtrol. p. m. 333.*

12.

Malè non nulli JCtorum benedictionem Sacerdotalem, de forma matrimonii, adeoque cauſam veram matrimonii conſtituêre, cum tamen ſit loco traditionis, & per eam minimè matrimonium contrahatur ſed dudum c ntractum firmetur. Ego eam conditionem ſine quâ non, cum Dn. Harthung *in additam. Jurid. MSC. ad Læberi comp. Metaph. c. 7. ad §. 3.* & Suendendörffer *in not. ad Eckolt. de nupt. §. 5.* ſtatuo: Adde Hahn *in Weſ. J. R. N. n. 5.* Kitzel. *ſynopſ. matrim. c. 5. theorem. 10 lit. E.* Vallenſ. *ad. 4. decret. tit. 1. §. 6. n. 4. p. m. 403.* Brunnem. *ad l. 6. π. de his qui ſui vel. al. jur. ſi.* Joh. à Sande *deciſ. Friſ. lib. 2. tit. 1. def. 1.* Mev. *p. 2. deciſ.* 81. Carpz. *Jpr. Eccleſ. lib. 2. tit. 8. def. 142.* Grev. *diſp. ad. π. 16. aſſert. fin.* Feldmann. *ſpicil. Inſt. diſp. 5. poſit. 15. n. 11. & ſeqq.* & proinde liberi etiam ex tali matrimonio nati, qui ſpeciali nomine dicuntur Frühlinge/ ſunt legitimi Carpz. *p. 3. conſt. 14. def. 12.* H. Piſtoris. *obſerv. pract. 83.* Molina. *de J. & J. diſp. 33. n. 32. & diſp. 172. n. 2.* Diſſent Dn. Schilter. *Inſtit. jur. Canon. lib. 2. tit. 11. § 2. p. m. 546.* Idem. *in prax. Jur. Rom. Exerc. XXXVI. §. 60. p. m. 59.* Hottom. *quæſt. illuſtr. 25. p. m. 205. & ſeqq.* Ungepaur. *Exerc. Juſtin. 3. quæſt. 4. in Nego p. m. 58. & 99.*

13. Malè

13.

Malè Piccartus JCtos Politicorum miniſtros vocat, quod tertiam ſaltem partem ſcil. forenſem tractent Juſtitiam. ap. Brandes *de ver. & ſim. JCtor. Phil. p. m.* 120. Adde Dn. Schröter *in not. ad Suthold. diſp.* 1. *aph.* 3. *p. m.* 2. Item ad; Fibig. *colleg. legal. Exerc.* 1. *quæſt.* 2. *ad lit. C. p. m.* 5.

14.

Juſtitia an adhuc nobiſcum ſit, inter ſe multi Dd. non conveniunt; Sanè ſi litium perennantem durabilitatem conſideraverimus, & ea quæ hanc in rem Ampliſſimus & perfectæ planè eruditionis JConſult. Dn. Blanckenheym. *I. V. D. & in Illuſtri Naſſoviorum Herbornâ Jurium. PP. Ordin. longè celeberrimus, Conſil. Seren. Princip. Dilleburgenſ. meritiſſimus, Dn. Patronus ſubmiſsè & devotè colendus. in delin. totius proceſſus judiciar. modern. pr. tàm ex* Mindano *quam* Vultejo *refert* ac Carpz. *in præfat. ſui proceſſus.* cumulat, iisque lepidam Manzii (*Comm. rat. regul. maj. ad* §. *pèn. Inſt. de I. & I. n.* 22. *& ſeqq.*) explicationem ſuper definitione Juſtitiæ copulaverimus, aliquo modo fortean de exiſtentia dubitari Juſtitiæ, (non æque Juſtitii, vid. Cicer. *ad Attic.* 4. *Epiſt.* 17. *tom.* 3. *p. m.* 357. Gell. 20. *N. A.* 1. *p. m.* 614.) & cum Ovid. 1. *Metamorph.* 4. *in fin. p. m.* 6. dici poſſet.

Ultima virtutum terras Aſtræa reliquit.

Interim tamen hæc materia tot quæſtionum involucris obvelata, totque difficultatum mæandris interſepta eſt; Inter potiores ejus materiæ dubitationes, ſæpiſſimè, teſte Eckolt *ad.* ff. *h.* §. 14. *p. m.* 9. in ſerram contentionis vocata eſt quæſtio: qualis ab Imp. *in pr. Inſt. & l.* 10 ff. *de I. & I.* definiatur Juſtitia, Univerſalis an particularis? Ego *impræſentiarum exercitii gratia* neutram definiri harum dicam.

15.

Vaſallus Dominum cucurbitans feudi amiſſionem & eâ duriorem promeretur pœnam 1. *feud.* 5. 17. 21. §. *ſiquis miles.* Dn. Struv. *S. I. F. cap.* 15. *aph.* 9. *p. m.* 565. Rhetius *comm. jur. feud. p m.* 236. *& ſeqn.* Schnobel. *diſp. feud.* 10. *th.* 13. *&* 14. ibique Dn. Beyer. *in not. p. m.* 370. *& ſequ.* (varias cucurbitationis ſpecies recenſet Dn. Caſp. Bitſchius. *comm. ad feud.* 1. *tit.* 5.

 ad. pr.

ad. pr p. m. 85. & ſeqq.) Quin imò, Vaſallum Domini uxorem luxurioſè oſculantem, committere beneficium, cum Sonsbec. *p.* 12. *n.* 27. & Roſenthal. *Synopſ. feud. c.* 10. *concl.* 28. *n.* 1. *& ſeqq. p. m.* 132. *exercitii gratia* defendam.

16.

Regi Romanorum, cum Imperatore Romano, unam numero poteſtatem eſſe, cum ſupra laudato inclyto Themidis myſta Dn. Bernh. Ludov. Mollenb. *I. V. L. & P. P. Ord. Dn. Patrono & mihi ad XXV. diſp. publ. Scnobel. Præſide, omni ingiter honoris & obſequi cultu proſequendo, in doctiſſ. diſp. inaugur. d. comit. Sacr. Palat. ſect.* 2. §. 5. *pag.* 13. *& ſequ.* Dn. Schütz. *C. I. P. vol.* 1. *diſp.* 5. *th.* 3. *lit. A.* ſtatuam. Diſſent. Limn. *ad capitul. Rudolph. II. art.* 32. *n.* 17. & communis ferè Dd. turba.

17.

An in fericidas rectè ultimo ſupplicio animadvertatur, maximi ſanè JCti non conveniunt, & vel ex Jure Saxon. vel. Schwabenſpiegel/ alliisve juribus negativæ adſtruunt ſententiæ, Alii verò, rectè fericidas reatum capitis pœnâ luere, rectius ſtatuunt. vide unum, omnium inſtar, hoc ſolide defendentem, Virum Illuſtr. & JCtiſſim. Dn. Malcom. *J. V. D. & Seren. Princip. Darmſtad. intima admiſſ. conſiliar. Dn. Mæcenatem & Promotorem ad tumbam colendiſſimum, in not. ad* Ludwell. *in Weſenb. de A. R. D. lit. A. p. m.* 661.

18.

Malè non nulli, ex perverſo intellectu dicti 1. *ad Corinth.* 11. *v.* 14. (ex quo in Pontificii raſuram probant Hoſpin. *de Orig. Monach. lib.* 1. *c.* 6. *p. m.* 80) comam alere jure naturæ nefas ducunt; & quod miror! etiam inter Proteſtantes hodiè vivunt, quos cacoëthes abſorpſit, ut quibusdam aliis perſuadere non vereantur, ad ſuum exemplum comam promiſſam ſuccidere. Sie ſolten doch ſo kleine Hargen tragen/ wie Sie. Sed malè id ex allegato textu evincunt. Vid P. de Lancré *livre des Princes. fol. m.* (*edit. Pariſienſ. de ann.* 1617.) 183. Limnæus *de jur. publ. lib.* 8. *c.* 6. *n.* 82--86. Scharrock *de offic. ſecund. natur. c.* 11. *p. m.* 455. *& ſeqq.* à Rege tamen Hiſpaniæ, ſtudentibus, capillos longos quondam interdictos fuiſſe, ſcribit P. Gregor. 4. *de Republ.* 11. *n.* 6. *in fin. p. m.* 138.

19.

Sumptus ſtudiorum merito non veniunt in collationem

bono-

bonorum, *l. 50. π. famil. erciſc.* quia publicus eſt ſtudiorum favor *l. un. C. de ſtud. liberal. urb. Rom.* qui privatis paucorum incommodis merito præferendus *Auth. quæ res ſubjacent C. comm. de legat.* JCtiſſimus Dn. Nicolaus Thielen. *I.V.L. & Prof. Publ. Ord. Patronus multum æſtimandus diſp. ſpec. de collat. bonor. ſub. tractat. materia* §. 8. *pag.* 16. quod etiam ad ſumptus ad dignitates obtinendas, rectè traducit Struv. *S. I. C. Exerc.* 37. *th.* 30. Coler. *deciſ.* 62. *n.* 25. Petr. Gregor. *S. J. V. lib.* 44. *c.* 5. *n.* 45. *p. m.* 610. *part.* 3. Philipp. *Uſ. Inſt. pract. lib.* 2. *eclog.* 72. *per. tot. p. m.* 436. *& ſeqq.* ſive à Patre ſive à Matre erogati ſint, *arg. l.* 11. *C. de negot. geſt.* Carpz. *I. R. F. p.* 3. *conſt.* 11. *def.* 17. *n.* 3. add. Berlich. *deciſ.* 8. *n.* 3.

20.

De interceptione & effractione aliarum literarum, eleganter, egregium Themidis decus Excell. Dn. Herth. *I.V.L. & P. P. Ord. Patronus honorandus in diſp. ſpec. de commeat. literar. th.* 1. *&* 2. ejus Ego veſtigiis inſiſtens; Alienas literas aperientem & legentem in ſtellionis, legentem verò & contenta propalantem, in falſi crimen incidere aſſeram. vid. Rittershuſ. *partit. feud. lib.* 2. *c.* 5. *quæſt.* 24. Wurmbſer *tit.* 47. *obſ.* 26. Tabor. *Racemat. extraord. ad tit. π. & C. de crim. ſtellion.* §. 16. *circ. med. p. m.* 9. *& ſequ.*

21.

Virgo quæ nimio amoris œſtro percita, alicui virginitatis carpendos flores conceſſit, non meretrix dici debet. *arg. l.* 4. §. *ait prætor π. de his qui not. infam.* Et licet ſiniſtrâ ac faviâ opinione vulgi, infamiâ facti laborare cenſeatur, *arg. l.* 2. *in pr. π. de obſequ. à lib. & libert. præſt.* tantum tamen falſæ vulgi opinioni tribuendum non eſſe, docet Carpz. *p.* 2. *conſt.* 6. *def.* 14. *n.* 6. *& ſeqq.* & malignitas linguarum tanquàm à vulgo emanata, in conſideratione habenda non eſt *l.* 12. *C. de pœn. add. c.* 5. *extra de eo q. cogn. conſangu.* Vulgi enim opinio plerumque temerè judicat, Symmach. 4. *Ep.* 8. *p. m.* 150. *in fin.* & usq; quidè adeò, ut jucundè ſanè dixerit Demetrius, ſe non magis in vulgo curare vocis ſonũ, quam ventris crepitum. Mæſtert. *diſſert. de artif. diſp.* §. 2. *circ. fin. p. m.* 8. Adde ad theſin. Beſold. *theſaur. pract. edit. noviſs. voc.* Hur Hurenhäuſer. Menoch. *conſ.* 18. *n.* 18. *p. m.* 118. Wehner *in obſerv. pract. voce* Frauen und Jungfrauen *& voce* Obelhurerey *p. m.* 135. *&* 388.

Puellæ

22.

Puellæ vox malè à quibusdam ad virginem, duntaxat reſtringitur, cum rectè tamen etiam dicatur de nupta & virum paſſa, *l.* 41. *π. de legat. l.* 26. 3. §. 4 *de part. dotal. l.* 17. *π. ad. Sc. Macedon.* Imo etiam quæ enixa eſt filium uxor, vel ſaltem uterum gerit, dicitur puella. vid. Gell. 12. *N. A.* 1. *p. m.* 354. hinc Ovid. ap. Wieſenbach *ad. π. p.* 1. *diſp.* 48. θ. 17. *p. m.* 498.

Parce precor gravidis *facilis Lucina* puellis,

Maturumq; utero molliter aufer onus.

23.

Vulgata Germanorum paroemia eſt: Wer eine Stieff-mutter hat/hab auch einen Stieffvatter. Vide elegant. Barboſ. *loc. comm. locupl. lib.* 12. *c.* 23 *p. m.* 518. *& ſeq.* Noverca hinc inimica dicitur privigni, apud Bertrand *vol.* 3. *conſil.* 22. *n.* 4. & Novercalia delinimenta plerumque parentes inducunt, ut indignè in ſanguinem ſuum inferant judicium, *l.* 4. *π. de inoff. teſtam.* Inde Charondas Sibaritis legem tulit, ut qui liberis novercam ſuperinduxiſſet, à conſilio Senatus & Patriæ ſemoveretur: Exiſtimabat ſc. ab eô, conſilia ſalubria nunquam ſperare patriam poſſe, qui liberis propriis malè conſuluiſſet Petr. Gregor. *S. J. V. lib.* 9. *c.* 26. *n.* 30. *p. m.* 71. *part.* 2. ubi plura huc adprime facientia cumulat.

24.

Datur caſus ſingularis, ubi abſque ulla pecuniæ erogatione, vel aliorum bonorum commutatione, alicujus v. g. ædes, fundum, *&c.* licitè mihi acquirere, eorumque Dominium nanciſci poſſum, & quidem titulo oneroſo. De quo caſu rogatus, roganti non deero explicatione, ponere enim hîc, vetat ſpatium.

ERRATA.

Aph. 2. *lin.* 11. lege: eximant. *ibid. lin.* 13. dele: ſit. *ibid. lin.* 18. disjunge voc: ex edit. *aph.* 6. *lin. pen.* pro nec Impp. lege: neque Imp. *aph.* 7. *lin. antepen.* leg: ἐναντιοφ. *aph.* 5. *l. ult.* conjunge: -damentum. *aph.* 12. *lin.* 5. lege: rationemque legum. *pag.* 13. *lin.* 10. leg: agrum. *pag.* 15. *lin.* 6. à fin. dele: m. *pag.* 18. *lin.* 8. à fin. lege: erunt. *p.* 29. *lin.* 11. lege: præfat. Diſtinctiones omiſſas, aliaque quæ irrepſerunt ob nimiam feſtinationem errata, pro tua B. L. æquanimitate, hinc inde ſupple ac corrige. Vale!

DOR-

Præmia, ſplendorem, Carmina, vota pia.

Paucis multa & cuncta, quæ proſpera eſſe poſſut, clariſſimo Dn. Candidato DORNIO, Amico ſuo & Fautori, olim diſcipulo ſuo char[illegible]iſſimo, pia ſinceraq; mente compre[illegible]

KILIANUS RUDKAUFF, D.

QUid Legum eſt ratio? ſi pro ratione voluntas
Imperet, & cogat juſſa ſuprema ſequi?
Tunc ratio neglecta ſilet: ſed amantior æqui
Princeps concedet ſe ratione regi.
Plus tamen efficiet ſancta obſervatio Legum,
Quàm millenarum præſtiterit ratio.

Nobiliſſimo Dn. CANDIDATO Fautori & Amico ſuo honorando, debito gratu-tionis ergo poſuit.

JOH. DANIEL ARCULARIUS,
SS. Theol. Licent. Log. & Metaph.
Prof. Ordin.

SIc itur alta jurium ad faſtigia,
Dorni, ſagace quando mente quærimus,
Orgines quæ ſint rei reconditæ,
Legumque cauſas ſciſcitamur & modos.
Quà meantem *Te* videmus tramite,
Legum διότι qui tenendum heic explicas.
Igitur honorum ſic adis faſtigia,
Quæ fauſta multùm & læta comprecor Tibi.

Nobiliſſimo Clariſſimoq; Dn. CANDIDATO L. mq; ſcribebat

JOH. NICOL. HERTIUS,
J. U. Lic. & Prof. Publ.

INdoctum vulgus vulgata proverbia juris
Et tritas leges ſæpe crepare ſolet:

E Si quæ

Principiſ
Altius in leges inquirit DORNIUS, inde
Ex merito Phœbus ſerta parare jubet.
Clariſſimo Dn. CANDIDATO gratulabundus ſcribeb·
Bernhardus Ludov. Mollenbec.
Jur. & Moral. Prof.

ASCende in cathedram, THEMIDOS Tu nobile germen,
Offer & ASTRÆ? Æ ſacra piacla Deæ
Quæ ſtudiis collecta tuis: ac ſume triumphans
Quæ tibi pro curis digna brabeja dabit.
Nobiliſſ. atque Doctiſſ. Domino Candidato
Amico & Fautori ſuo pereximo, paucula
hæc apponere voluit & debuit,
Joh. Henr. Reichmann/LL. Stud.

PRo verbis multis votisque hoc accipe Votum:
Adſpirent cœptis fata ſecunda tuis.
Nobiliſſ. atq; Clariſſimo Domino Candidato
pauca hæc amica manu adjecit
B. Seipp/LL. Stud.

L*Egum reddendo rationes*, en! *rationem*
Tractati Studii *reddis*, Amice! Tui.
Quæ Tibi opes *ratio* pariet, dum *reddet* honores
PRINCEPS, ac veniet denſus ubique cliens.
Scrib. Marburgi Cattor. IV. Idus Decembr. 1684.
αἰβαφῆς φιλίας ἕνεκα f.
Ioh. Gothofr. Kirſchgarth. *LL Stud.*

PRo THEMIDE innumeros præſtat ſubiſſe labores:
Et tantos LEGUM expediiſſe ſcimus.
Hanc quia materiam præſtans RATIONE reſolvis
In cathedra: meritò digna Brabeiâ refers.
Quem capis, ex animo, laurum, congrator & opto
Hinc veniant patriæ commoda, mille Tibi.
Ita Clariſſimo Domino CANDIDATO ominabatur
Jo. Caſpari Trabenâ Moſellanus.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA